

P. J. JUVENCIO

EPITOME

**DE DIIS ET HEROIBUS**

SEU APPENDIX AD OVIDIUM

**\* A Distributed Proofreaders Canada eBook \***

This ebook is made available at no cost and with very few restrictions. These restrictions apply only if (1) you make a change in the ebook (other than alteration for different display devices), or (2) you are making commercial use of the ebook. If either of these conditions applies, please contact a Fadedpage.com administrator before proceeding.

This work is in the Canadian public domain, but may be under copyright in some countries. If you live outside Canada, check your country's copyright laws. IF THE BOOK IS UNDER COPYRIGHT IN YOUR COUNTRY, DO NOT DOWNLOAD OR REDISTRIBUTE THIS FILE.

*Title:* Epitome de Diis et Heroibus seu Appendix ad Ovidium

*Date of first publication:* 1877

*Author:* Joseph de Jouvancy (1643-1719)

*Date first posted:* Dec. 18, 2018

*Date last updated:* Dec. 18, 2018

Faded Page eBook #20181228

This ebook was produced by: rmedinap, Howard Ross & the online Distributed Proofreaders Canada team at <https://www.pgdpCanada.net>

P. J. JUVENCIO

**EPITOME**

**DE DIIS ET HEROIBUS**

SEU APPENDIX AD OVIDIUM

BIBLIOTECA

L A T I N A

PUBLICADA Y ANOTADA

**POR EL**

DOCTOR D. LUIS GONZAGA GASCÓ,  
Professor en el Institute de Valencia.

P. J. JUVENCIO  
**EPITOME**  
**DE DIIS ET HEROIBUS**

**VALENCIA**  
LIBRERÍA DE P. AGUILAR  
1 CABALLEROS 1

Es propiedad.

**VALENCIA**  
IMPRESA DE JOSÉ RIUS  
M.DCCC.LXXVII

# INDEX CAPITUM.

## PARS PRIMA.

### DE MAJORIBUS ET MINORIBUS ETHNICORUM DIIS.

I	SATURNUS.	<a href="#">1</a>
II	CYBELE ET CERES.	<a href="#">3</a>
III	JUPITER.	<a href="#">6</a>
IV	JUNO, MARS ET VULCANUS.	<a href="#">8</a>
V	APOLLO.	<a href="#">10</a>
VI	DIANA.	<a href="#">13</a>
VII	BACCHUS.	<a href="#">13</a>
VIII	MERCURIUS.	<a href="#">15</a>
IX	VENUS.	<a href="#">16</a>
X	NEPTUNUS.	<a href="#">17</a>
XI	PLUTO.	<a href="#">18</a>
XII	PAN, FAUNUS, SATYRI, ETC..	<a href="#">20</a>

## PARS SECUNDA.

### DE SEMIDEIS ET HEROIBUS.

XIII	ORIGO IDOLOLATRIÆ.	<a href="#">25</a>
XIV	PERSEUS.	<a href="#">26</a>
XV	HERCULES.	<a href="#">27</a>
XVI	THESEUS.	<a href="#">31</a>
XVII	CASTOR ET POLLUX.	<a href="#">34</a>
XVIII	JASON ET ARGONAUTÆ.	<a href="#">35</a>
XIX	CADMUS.	<a href="#">37</a>
XX	ŒDIPUS.	<a href="#">38</a>
XXI	ETEOCLES EL POLYNICES.	<a href="#">40</a>

XXII	TANTALUS.	<a href="#">41</a>
XXIII	TROJANI REGES.	<a href="#">43</a>
XXIV	TROJANI BELLII CAUSA.	<a href="#">45</a>
XXV	TROJÆ EXCIDIIUM.	<a href="#">46</a>
XXVI	AGAMEMNON ET ORESTES.	<a href="#">48</a>
XXVII	ULYSSES.	<a href="#">50</a>
XXVIII	ÆNEAS.	<a href="#">52</a>
XXIX	UTILITAS E FABULIS CAPIENDA.	<a href="#">53</a>
XXX	QUOMODO EXPLICANDÆ FABULÆ.	<a href="#">55</a>

# EPITOME

## DE DIIS ET HEROIBUS

POETICIS.

---

PARS PRIMA.

### DE MAJORIBUS ET MINORIBUS ETHNICORUM DIIS.

CAPUT I.

SATURNUS.

Deorum antiquissimus[1] habebatur Cælum. Duo ejus filii celebrantur a poetis: Tempus sive Saturnus, et Titanus. Hic, etsi priore loco genitus foret[2], eique proinde imperium orbis deberetur, jus tamen suum remisit concessitque Saturno, rogante Vesta matre, sed ea tamen lege, ut Saturnus masculam prolem educaret nullam. His ita constitutis, Saturnus mares statim editos devorabat, invita[3] vehementer uxore, quæ, uno partu Jovem et Junonem enixa[4], solam Junonem ostendit Saturno, Jovem occultavit. Sensit dolum Titanus, ac Saturnum, acie[5] victum, in vincula conjecit. Is liberatus postea fuit per Jovem filium suum, a quo Titanes, bellum pro Titano patre redintegrantes, fuere profligati. Saturnus, vinculis liberatus, quum in fatis[6] esse cognovisset futurum, ut ab eodem Jove regno spoliaretur, illi struxit insidias, ac bellum etiam indixit. Jupiter debellatum patrem cœlo expulit.

Saturnus, amisso cœlo[7], in eam Italiæ partem, ubi Roma condita postmodum est, venit, quæ *Latium*[8] fuit appellata, quod ibi latuisset. Extorrem deum Janus, Latii rex, benigne accepit, ac vicissim a Saturno donatus[9] est insigni prudentia, cujus ope meminerat præterita, futura prospiciebat; unde *biceps*[10] seu *bifrons* appellatur. Eo regnante, mores optimi artesque viguerunt[11], quæ illi ætati nomen aureæ fecerunt[12]. Saturni festa dicebantur *Saturnalia*, et decembri mense celebrata sunt per dies primo tres, deinde quatuor, tum quinque, ac plures. Per eos dies senatus non habebatur, vacabant scholæ, munera ultro[13] citroque mittebantur ab amicis; de sontibus[14] supplicium sumere, ac bellum indicere, nefas[15]; servis mensæ accumbentibus ministrabant domini, et servorum vicem[16] implevant, ad refricandam videlicet memoriam pristinæ, quæ florebat Saturno regnante, libertatis, quum nemo serviret.

Janus, de quo proxime facta mentio est, pingebatur cum clavi et virga. Virgam gerebat, quasi viarum præses; clavim, quia domorum januas et seras invenisse credebatur. Ab eo *januarius* mensis duxit[17] nomen. Aræ duodecim eidem ponebantur pro numero mensium; utque sunt anni tempestates[18] quatuor, ita quatuor ipsi frontes aliquando datæ[19]. In omnibus sacrificiis appellabatur primo loco, quippe[20] qui primus aras et sacrorum ritus instituisset. Ejus templum Romæ claudebatur pace composita, patebat flagrante[21] bello.

## CAPUT II.

### CYBELE ET CERES.

Cybele, Saturni uxor, varia sortitur[1] apud poetas nomina: *Dindymene* vocatur, *Berecynthia* et *Idæa*, a montibus Phrygiæ Dindymo, Ida et Berecyntho: ubi præcipue colebatur; *Magna Mater*[2], quia, dii plurimi maximeque ex ea nati[3]; *Ops et Tellus*[4], quia, ut Saturnus cælo, sic illa terræ præerat, opemque mortalibus ferebat; *Rhea*[5] quia e terra fluunt omnia et gignuntur. Dicta quoque *Vesta*[6] reperitur; vulgo tamen Vesta Saturni mater, non conjux, ponitur. Itaque duas aliqui Vestas constituunt[7]: unam Cæli conjugem, et matrem Saturni; alteram juniorem, et Saturni uxorem. Senioremem eandem esse cum Cybele ac Tellure censent.

Pingebatur illa sedens, quia terra stat[8], suis librata ponderibus; tympanum gerebat manu, quia terra ventos in sinu continet, qui erumpunt inde cum fragore. Aderant circum belluæ: Curru vehebatur, quem trahebant leones. Caput floribus plantisque, sæpius corona, e turribus et murorum pinnis conflata[9], cingebatur. Junior Vesta igni præerat, eique aram Numa Pompilius consecravit, et ignem in ara perpetuum foveri jussit, cujus alendi curam virginibus *Vestalibus* demandavit. Si casu extingueretur, indicebatur justitium[10], et publica privataque negotia intermittebantur, donec prodigium illud infaustum expiatum fuisset; si Vestalium incuria[11], graviter in eas animadvertebatur. Quotannis renovabatur ignis ille calendis martiis, petita non ab igne alio, sed a sole, flamma.

Cybeles festa *Megalesia*[12] vocabantur. Sacerdotes dicebantur *Galli*, a Gallo Phrygiæ fluvio, cujus aqua epota[13], in rabiem versi lacerabant se cultris, caput rotabant, et adversis frontibus inter se velut arietabant[14]; unde illis etiam *Corybantes*[15] nomen fuit. Tondebant iidem comam in priori capitis parte. Stola muliebri erant induti. Jovem in Creta insula aluerant; quas ob causas *Curetes* pariter dictos[16] volunt. Denique reperiuntur appellati sæpe *Dactyli*, *Idæi*; *Dactyli* quidem (quæ vox græca digitos significat), quia decem, quod, in manibus digiti, erant; vel quod, instar digitorum, quibus manus ambæ



utuntur, divæ[17] præsto essent ad omne sacrorum obsequium; *Idæi* vero, quia *Idam*, Phrygiæ montem, incolebant. Sacra[18] *Cybeles* celebrabant inconditis[19] clamoribus, fistulis, tibiis ac tympanis percrepantibus. Romæ a feminis fiebant eadem[20] in templo ac loco secreto, quod *opertum* nuncupabant, exclusis viris.

Saturni et Opis, seu *Cybeles*, filia *Ceres* fuit, dea frugum et inventrix frumenti. Quamobrem cum spicea corona pingitur, et plenis uberibus, ex quo *Mammosæ et Almæ*[21] nomen est adepta, quod omnes alat. Facem gestabat, quia filiam *Proserpinam* a *Plutone* raptam diu quæsiavit. Quumque somnum præ mœrore capere non posset, ei papaver edendum præbuisse *Jupiter* dicitur, cujus ea vis est ut somnum conciliet. Hinc *papavera* manu tenebat. *Usa* est *Triptolemo* ad jutore ad monstrandam hominibus serendi artem. Erat hic *Eleusini* regis, apud quem *Proserpinam* *Ceres* quærens diverterat[22], filius. In eodem oppido *Eleusi* cœpta[23] sunt primum peragi *Cereris* sacra, *Eleusina* dicta. In iis incredibile servabatur silentium, ac summum nefas putabatur ex illis aliquid evulgare. Alia duo *Cereris* festa memorantur in scriptoribus antiquis: *Thesmophoria*[24], quia *Ceres* Atheniensibus leges descripserat; et *Ambarvalia*[25], instituta ad fertilitatem et ubertatem impetrandam arvis, quæ tunc ambiebantur a supplicantibus, unde[26] festo nomen. Vinum ab aris *Cereris* amovebatur. Immolabatur illi porcus, quia fruges et sata rostro eruit. Agrorum limitibus præerat deus *Terminus*; ejus festa *Terminalia* dicebantur.

*Cerere* in Græcia regnasse divus *Augustinus*[27] tradit, artemque agros colendi tradidisse[28], ac per eam factum[29], ut Græcia suis frugibus uteretur, quum antea frumento aliunde importato vixisset.

### CAPUT III.

#### JUPITER.

*Jupiter*, Saturni et *Cybeles* filius, postquam patrem egisset in fugam, regnum mundi cum fratribus ita divisit, ut cœlum sibi vindicaret[1], aquas *Neptuno*, inferos *Plutoni* regendos permetteret. Non diu tranquillum regnum habuit. *Tellus* enim, *Titani* uxor, dolens[2] filios suos *Titanes* a *Jove* interfectos, *Gigantes* procreavit, mole viribusque spectandos; qui congestis[3] in cumulum montibus, *Jovem* cœlo detrudere aggressi sunt. Set fulminibus dejecti, et suis obriti montibus, pœnas[4] *Jovi* dedere. Vocati ab illo in belli et periculi partem *Dii*, quum se imparem[5] unum tot hostibus crederet, sic *Gigantum* conspectu perterrefacti sunt, ut omnes in *Ægyptum* fugerint, ibique sub variis animantium formis latuerint. Hinc factum ut belluas *Ægyptii* colerent pro numinibus.

*Bacchus* tamen, specie leonis indutus, rem strenue aliquantisper gessit,

hortante Jove, et *Evoe*, id est *Euge, fili*, ingeminante[6].

Jupiter, pacatum adeptus regnum, curam ad formandos homines contulit. Eum imitatus Prometheus finxit statuas quasdam hominum ex argilla, illasque, raptò e curru solis igne, animavit. Promethei temeritatem indigne ferens[7] Jupiter, negotium Vulcano dedit ut eum in Caucasò monte religaret, addidit vulturem, qui laniaret[8] viscera in novos cruciatus[9] renascentia. Severitatem Jovis inique tulerunt ceteri Dii, ac doluerunt quod sibi uni formandorum hominum jus arrogaret. Quare, collatis[10] studiis et muneribus, mulierem effinxere, quam *Pandoram*[11] appellarunt, quasi ex omnium donis conflata. Jupiter, Superum[12] arrogantiam ulturus, illi capsulam dedit, infelix munus! in eam quippe congesta erant omnia naturæ mala. Hanc Pandora quum detulisset ad Epimetheum, Promethei fratrem, ille, impulsus curiositate prava, sive, ut alii narrant, ejus uxor, capsulam aperuit; ex eaque pestes omnis generis in orbem terrarum evolarunt, sola spe in fundo capsulæ relicta. Hinc ætas ferrea et scelerum colluvies nata est.

Jovem non unum in Creta regnasse doctorum opinio est; omnium celeberrimum Abrahamo supparem[13] Eusebius facit. Patrem spoliavit regno, quod ita cum suis fratribus Neptuno et Plutone divisit, ut ipsi regiones ad ortum sitæ, Plutoni occidua pars insulæ, Neptuno maritimi[14] tractus obvenerint. Hinc Jupiter cœli, Neptunus maris, Pluto inferorum rex numenque dictus est. Jovis nomine apud poetas aer ut[15] plurimum significatur, sive cœlum; ut nomine Junonis, quæ Jovis conjux, terra[16]; quia e cœlo terraque omnia gignuntur. Ejusdem Jovis varia sunt apud scriptores profanos nomina; hæc frequentiora: *Diespiter* vocatur, quasi diei pater; *Feretrius*, vel quod hostes feriret, vel quod in ejus templum ferrentur opima spolia; *Sator* (ita est a Romulo dictus) quod Romanorum contra Sabinos pugnantium fugam stiterat; *Xenius* sive *Hospitalis*, quia gerebat hospitem curam; *Vejovis* et *Vedius* tunc appellabatur, quum rogabatur ne quid inferret mali; et inter sinistra[17] noxiæque numina censebatur. Factæ voces istæ sunt ex interjectione *væ*, quæ mali ominis, et duplici genitivo, altero græco, altero latino, Jovis et Διός (Dios).

## CAPUT IV.

### JUNO, MARS ET VULCANUS.

Juno, Jovis soror et conjux, matrimoniis præerat, ac partibus feliciter[1] edendis; tumque *Pronuba*, *Lucina* et *Ilithyia* nominabatur. Ejus filia Hebe, juventutis dea, nectar Jovi tandiu miscuit, dum ejus locum Ganymedes, a Jove in aquilam mutato raptus, occupavit. Edidit etiam Juno Martem, belli armorumque præsidem, cujus soror Bellona sive Enyo; denique Vulcanum, sed

distortum et informem. Horrui[2] partum degenerem Jupiter, et calce[3] in terras dejecit. Vulcanus, crure inter[4] cadendum fracto, claudus remansit.

Jupiter, ut infortunium hoc solaretur, illum præfecit fabricandis[5] fulminibus. Officinæ Vulcani, Lemnos, Lipara, Ætna; adjutores et administri fuere *Cyclopes*, ita dicti, quod unum in fronte[6] media oculum habent. Cæterum offensus Jupiter et arrogantia Junonis, et postremo partu, eam fastidire[7] atque alias amare cœpit. Imo Palladem, e fecundo capite productam, bello pariter præesse litterisque voluit. Vulgo tamen, quum litterarum est præses, *Minerva* nuncupatur. Olea ipsi dicata erat, pacis insigne[8]: nam et pace gaudent litteræ, et belli finis præmiumque pax esse debet. Ab Atheniensibus præcipue culta fuit.

Interim Juno, maritum in pellicum amores turpiter effusum[9] observans, illi custodem apposuit centum oculis præditum, *Argum* nomine. Molestum observatorem Jupiter, opera Mercurii, obruncavit. Ejus oculos Juno indidit pavonis caudæ. *Argum* ipsum, ut alli volunt, in pavonem mutavit. Junonis famula et nuntia Iris fuit, quamvis operam[10] aliquando Jovi, cæterisque diis navaret. De Marte, addo illum *Gradivum* appellari solitum, quando sæviebat[11]: *gradior* enim proprie de militibus in aciem procurrentibus dicitur; *Quirinum* vero, quum tranquillus et mitis erat, sumpto nomine a Sabino vocabulo, *Curis* seu *Quiris*, quod hastam significat. Id nominis[12] Romulo quoque, Martis filio, tributum est. Salii, Martis sacerdotes, urbem obibant saltando, et *ancilia* (clypeos sacros) circumferendo.

## CAPUT V.

### APOLLO.

Jupiter, spreta Junone, Latonam adamavit, ex eaque suscepit Apollinem et Dianam. Priusquam in lucem ederentur, Juno Terram obsecravit[1], ut nullum Latonæ, ubi consistere posset ac parere, locum relinqueret. Promisit Terra excludendam[2] omnibus locis Latonam, præterquam ab insula Delo, quæ tunc fluitabat incerto mari, ac fere semper fluctibus erat obruta[3]. Sed Neptunus, Latonam miseratus[4], Delum stabilem reddidit, ac jussit emergere. Hinc Apollo *Delii* cognomen est nactus[5] ab insula natali. Ejus filius Æsculapius, quum artem medicam a patre et Chirone centauro didicisset, tantum in ea profecit, ut Hippolytum, Thesei filium a monstris marinis discerptum[6], ad vitam revocaret. Quo facto Jupiter, auctoritatem suam lædi[7] ratus, Æsculapium fulmine percussit. Appollo vicissim Cyclopes, fulminis fabricatores, quoniam sævire in Jovem ipsum non poterat, interemit. Exarsit[8] iracundia gravi Jupiter, et Apollinem cælo pulsum, divinitate per aliquot annos spoliavit.

Redactus[9] in ordinem Appollo, multis incommodis afflictatus est; ac, ne periret fame, operam suam locavit Admeto, Thessaliæ regi, cujus greges pascendos accepit. Hinc deus pastorum habitus fuit, eique immolabatur lupus, ovium pestis[10]. Armenta sic pascentem aliquando vidit[11] Mercurius, eique vaccam dolo subripuit; mox ipsam ejusdem[12] humeris furtim pharetram detraxit. Daphne in laurum ab eo mutata fuit. Hyacinthus, quem disco imprudens[13] colludentem interemerat, in florem cognominem mutatus est. At Hyacinthi parentes Apollinem, ut pœnas expeterent, insecuti, fugere coegerunt in Troadem ubi incidit[14] in Neptunum, cœlo pariter exultantem, irato Jove, in[15] quem cum diis aliquot conjuraverat. Ambo ad Laomedontem, qui Trojam tunc ædificabat, confugiunt, ac pacto pretio navant operam construendis Trojæ mœnibus. Quum promissam mercedem negaret Laomedon, conspirarunt in perjurum regem, ejusque civitatem Neptunus inmissis aquis evertit magna ex parte; Apollo pestilentia regionem devastavit. Tot malis remedium quæsit Laomedon. Oraculo consulto, responsum est, placandos[16] Apollinem ac Neptunum, objecta monstris marinis trojana quotannis virgine. Sors, Hesionem, regis ipsius filiam, neci[17] addixerat. Hercules ita se liberaturum illam spondit, si Laomedon quosdam insignes equos sibi daret. Promisit rex; at, liberata filia, monstris abactis et interfectis, Herculem indonatum irrisumque valere[18] jussit. Hercules, justo furore percitus, obsedit urbem, cepit, ac regem interfecit.

Interea, mitigatus Jupiter, cœlum Apollini ac divinitatem reddidit. Apollo pristinum decus non modo recuperavit, sed magna etiam accessione cumulavit. Nam in cœlo lucis orbi dividendæ munus recepit, quod antea gerebat; etsi provinciam[19] hanc aliquot poetæ tribuant uni e Titanibus, quem *Titana*, et *Hyperionem* dixerunt. Hunc[20] alii Solis ipsius patrem faciunt. Solem Ægyptii *Horum* appellabant; Persæ, *Mithram*. In terris vero edere cœpit[21] oracula, præsertim Delphis, ubi sacerdos responsa dabat, insidens cortinæ sive tripodi, tecto pelle serpentis Pythonis, olim ab Apolline interfecti. Præterea invenit artem canendi, et Marsyam satyrum, a quo fuerat provocatus, victum cantando, exiit pelle. Eadem canendi artem et poesim docuit Musas, Jovis et Mnemosynes filias. Novem recensentur: Calliope[22] Clio, Erato, Thalia, Polyhymnia, Urania, Melpomene, Terpsichore, Euterpe. Parnassum una cum Apolline incolebant. Inter Apollinis filios celebratur Phaeton, qui paternum currum, temere expetitur, quum male regeret, a Jove percussus, at in Eridanum deturbatus[23] est. Ejus sorores Heliades in populos mutatae.

Inter Apollinis liberos nonnulli numerant Auroram. Hæc Tithonum, Laomedontis filium, babuit in matrimonium, eique immortalitatem a Jove impetravit; nec tamen obtinere potuit ne senesceret. Itaque, senio[24] fractus, in cicadam ut mutaretur exoravit. E Tithono genuit Aurora Memnonem, qui Priamo suppetias, in trojano bello, tulit. Ab Achille interfectus, a matre

diuturnis lacrymis, quæ rorem effecere, deploratus est, et ex ejus rogo[25] natæ sunt aves dictæ *Memnonides*. Illi statuam Ægyptii posuerant, quæ, solis orientis primoribus radiis icta[26] sonum canoræ voci similem edere jactabatur.

## CAPUT VI.

### DIANA.

Diana, soror Apollinis, eadem in cœlo *Luna*, in terris *Diana*, in inferis *Hecate*, dicebatur. Hinc *triformis diva*, *triceps Hecate*, a poetis nuncupatur. Venationi præsertim addicta[1], venatoribus præfuit. Eadem virginitatem perpetuo coluit[2] et Actæonem venatorem, quod in eum, ubi se cum nymphis lavabat, locum imprudens venisset, mutavit in cervum. Insigne templum habuit Ephesi[3], et inter septem orbis miracula[4] numeratum: aram quoque in Taurica Chersoneso, ad Pontum Euxinum, in qua ipsi homines immolabantur, præsertim si qui naufragio ad istas oras ejecti fuissent.

## CAPUT VII.

### BACCHUS.

Jupiter e Semele suscepit Bacchum, quem narrant, quum ante tempus in lucem exiisset, insertum fuisse Jovis femori, donec menses legitimi[1] partus implerentur. Ætate provector[2] peragravit orbem terrarum, deque India triumphavit. Invenisse vinum fertur, eique caper immolabatur, quia vitium[3] gemmas arrodit. Primus etiam aratro boves subjunxisse memoratur; quam ob causam ejus capiti affiguntur cornua, quæ pariter indicant robur et audaciam ebriosis familiarem. Sacra[4] illi quoque hedera, quia vini fumos nativo frigore discutere creditur. Ea involutum et pampinis jaculum gestabat, quem *thyrsum* vocabant. Eodem[5] instructæ feminæ, sparsis comis ululantes, sacra Bacchi celebrabant: *Trieterica*[6] illis nomen, quia tertio quoque anno recurrebant; et *Orgia*, ob furorem quo istæ Bacchantes, pellibus tigridum et pantherarum indutæ, nonnunquam armatæ facibus, per invios[7] montes vagabantur, præsertim in Thracia.

Præter alia Bacchi nomina, vocabatur etiam *Dionysius*, a Nysa, ubi regnavit, vel a Nyseis nymphis, a quibus educatus est. Apud Latinos vulgo *Liber* dicebatur, quia ebrius liberius nihil, nihil ab omni cura solutius. Huic nomini respondet græcum *Lyæus*[8]. Hinc ejus festa vocabantur apud Græcos *Dionysia*; apud Latinos vero *Liberalia* sive *Bacchanalia*. Peculiariora quædam[9] celebrabantur in Atticæ pagis[10], *Ascolia* nuncupata, quæ vox utrem significat. Statuebant itaque utres hircinos in prato inflatos, et oleo

inunctos. Saltabant per hos rustici unico tantum pede; nam alterum erectum et in aere libratum habebant. Qui cadebant (quod proprio vocabulo *cernuare*<sup>[11]</sup> dictum est a Romanis, eadem subinde festa imitatis) risu agrestis coronæ et cachinnis<sup>[12]</sup> excipiebantur.

Sunt qui adumbratum<sup>[13]</sup> in Baccho fuisse velint Nembrodum, qui hebræa voce Bar-Chus, id est Chusi filius, appellatur. Sunt qui Moysem in eo expressum pugnent<sup>[14]</sup>, ac multa proferant a poetis attributa Baccho, quæ plane in Moysem quadrant. Plerique omnes Noemum in eo depictum censent, satorem vitis, ac vini, sive monstratorem, sive reparatorem. In eam sententiam<sup>[15]</sup> explicant quæ poetæ de Baccho tradunt; nempe a Naiadibus, fontium nymphis præsidibus, educatum fuisse, ut vinum aqua temperandum doceret. Pingunt eundem puerili semper vultu, quia ebrii puerorum simillimi sunt; nudum, quia nullum ebrio arcanum est. Furiosos comites illi addunt, tigres ejus currui jungunt, quia vinum, excusso rationis imperio, intemperantes ira et furore incendit, ac belluis simillimos reddit.

## CAPUT VIII.

### MERCURIUS.

Mercurius, Maia genitus, Atlantis filia, Jovis et deorum interpres fuit ac nuntius. Itaque alas in capite et pedibus habebat, quo<sup>[1]</sup> expeditior esset ad mandata superum perferenda; caduceum vero in manu<sup>[2]</sup>. Mercurium narrant incidisse<sup>[3]</sup> aliquando in duos angues inter se dimicantes, utrumque diremisse interposita virga quam tenebat manu. Inde factum ut virgam, gemino<sup>[4]</sup> angue circumfuso insignem, gestaret, caduceusque pacis esset ac fœderis symbolum. Quia deorum minister et nuntius erat Mercurius, inditum illi quoque fuit *Camilli* nomen, quo nomine pueros ac sacrificiorum præsertim administros antiqui vocare consueverant.

*Mercurii* nomen invenit ex mercibus, et mercatura<sup>[5]</sup>, cui præerat. Alterum<sup>[6]</sup> *Mercurii* munus erat animas mortuorum ad inferos deducere, ex iisque, quum res<sup>[7]</sup> ferebat, revocare; tertium, fures adjuvare. Idem palæstræ et eloquentiæ laude florebat, ac sæpe pingebatur cum aureis catenis ex ore defluentibus, quibus audientes devinciebat. Hinc *Hermes* apud Græcos appellatus est. Ejus statuæ apud Romanos in triviis<sup>[8]</sup> et compitis, ut iter ostenderent, locabantur, erantque manibus captæ<sup>[9]</sup> ac pedibus, et *Hermæ* vocabantur. Iidem Romani solebant *Mercurii* ac *Minervæ* statuas jungere, et eidem quasi trunco imponere. *Hermathenas*<sup>[10]</sup> vocitabant: item *Cupidinis* ac *Mercurii*, et *Hermerotes* dicebantur.

## CAPUT IX.

## VENUS.

Veneris mater Dione fuit; filius, Cupido; item[1] Priapus, hortorum, et Hymenæus, nuptiarum præses; denique Æneas[2]; filiæ[3] vero, Charites sive Gratiae tres, Aglaia, Thalia et Euphrosyne. Colebatur præsertim Amathunte, Cytheris, Paphi. *Astarte*, Sidoniorum dea, non alia fuisse quam Venus ab eruditis creditur. Additur aliquando Veneri comes *Pitho* sive *Suada*, eloquentiæ dea. Currum Veneris trahebant columbæ, cycni aut passerres. Magistra impudiciæ ferebatur, ut[4] ne puderet miseros mortales se in cœno libidinum volutare, qui deos ad hæc flagitia duces hortatoresque sibi fecissent.

## CAPUT X.

### NEPTUNUS.

Neptunus, Jovis frater, maris imperium sortitus est. Illi pro sceptro, tridens[1]; pro curru, ingens concha; pro equis, *hippocampi* sive equi marini, bipedes tantum, postrema corporis parte in piscium caudam desinente; pro satellitibus Tritones erant. Uxor ejus Amphitrite; filiæ Harpyæ. Oceanus, Neptuni filius, pater fluviorum, Tethyn uxorem duxit, ex qua Nereum et Doridem suscepit. E Nereo et Doride prognatæ sunt Nymphæ, quarum aliæ vocabantur *Nereides*, quæ mari; *Naiades*, quæ fontibus et fluviis; *Napææ*, *Dryades* et *Hamadryades*, quæ silvis pratisque prærant. Inter Nereides insignis fuit Thetis, Pelei conjux. Oceani pariter filius erat Proteus, Neptuni pastor, qui phocas[2] ejus regebat, a Latinis dictus *Vertumnus*, quia in omnes formas sese vertebat.

Inter maris numina censebantur etiam Glaucus, Ino, ejusque filius Melicerta. Glaucus quo pacto[3] deus evaserit, explicat Ovidius. Ino conjux erat Athamantis, Thebarum regis. Hunc irata Juno egit[4] in furias, quibus ille agitatus necem uxori machinatus est. Furentem Ino fugiens, in mare se dejecit, cum filio Melicerta. Utrumque miseratus Neptunus deos maris esse jussit, et Ino[5] *Leucotheam*, Melicertam vero *Palæmonem* dixit. Nec prætereundus inter deos maris Æolus est, ventorum arbiter. Ejus regia et ventorum carcer prope Siciliam, in Æoliis insulis, collocatur. In angusto[6] freto, quod Siciliam ab Italia separat, monstra duo marina ponuntur a poetis, Scylla nempe et Charybdis. In eodem freto Siculo degebant[7] Sirenes, quæ suavitate cantus pellectos vectores in brevia[8] syrtesque perducebant.

## CAPUT XI.

### PLUTO.

Plutonis conjux Proserpina, Cereris filia, quam rapere coactus est, quia dearum nullam, quæ tam deformis regni domino vellet nubere, inveniebat. Inferorum fluvii, Acheron, Cocytus, Phlegethon: Styxque palus. Custos inferorum, Cerberus canis triceps; portitor[1] Charon, senex inexorabilis; carnifices[2], Furiae tres: Alecto, Megæra, Tisiphone, flagellis et facibus armate. Plutonis administræ, Parcae tres: Clotho, Lachesis, Atropos. Illæ fatalem tenebant colum[3], modo nigra involutum lana, modo alba, ex eaque filum ducebant, quo reciso[4], pereundum erat. Mortuorum animæ, opera Charontis transvectæ, deducebantur a Mercurio ad iudices Æacum, Minoa et Rhadamanthum, qui, expensa[5] singulorum vita, probos mittebant in Elysium, sceleratos in Tartarum detrudebant. Eorum pœnas et insignium facinorosorum nomina describit Ovidius.

Porro animæ in Elysios campos missæ post certum annorum numerum ex iis educebantur, et in alia migrabant corpora, novam ut vitam instituerent[6]. Sed antequam felicibus exirent campis, hauriebant aquas fluvii Lethes, quarum ea vis erat, ut rerum omnium præteritarum oblivionem afferrent. Mortui, quorum insepulta jacerent cadavera, centum annos in ripa Stygis errabant, quibus exactis[7], a Charonte transmittabantur.

Plutonis nomina tria præ cæteris erant illustria: Orcus dicebatur quasi *Urgus* vel *Uragus*, quod omnes urgeret[8] in interitum; *Februus*, ab antiquo verbo *februo*, quod significat *purgo*[9] *lustrum*; quia in funebribus cæremoniis multæ lustrationes et purgationes adhibebantur. Præcipua quædam sacra Plutoni fiebant, dicta ob eandem causam *Februa*, unde etiam fluxit nomen *februarii* mensis, quo hæc sacrificia peragebantur. Plutonis vocabulum a græca voce divitias significante ducitur, quia aurum et alia metalla in iman[10] tellurem naturæ provida benignitas, ut laterent, retrusit, ipsisque admovit[11] inferis, ac Plutonis arbitrio subjecit, ut fingeant poetæ. Qui tamen peculiarem deum, Plutonis administrum, divitiis præfecerut, *Plutum* nomine, claudum faciunt, quia tarde comparantur opes; cæcum, quia sæpe immeritis[12] contingunt.

## CAPUT XII.

### PAN, FAUNUS, SATYRI, ETC.

Ut cœli et inferorum, sic terræ propria quædam erant numina. Principem[1] inter agrestes deos locum obtinebant Pan et Pales. Pan, Mercurii filius, capri caput ac pedes, necnon barbam et cornua, gerebat. Illum comitabantur Satyri, non dissimiles[2]; itemque Silvanus, silvarum præses. In Arcadia præcipue colebatur Pan. Ejus in honorem Romani mense februario celebrabant *Lupercalia*; quibus in festis *Luperci*, Panos[3] sacerdotes, nudi per urbem



discurrebant.

Pan, ut ipsa vox græca innuit, ac testatur Servius, symbolum erat *Universi*, in quo homines belluis mixti sunt; itaque superne hominis, inferne pecudis speciem[4] gerebat. Fistulam gestabat, ad significandum partium mundi, junctarum inter sese ordine pulcherrimo, concentum. Narrat Pausanias, quum Galli, Brenno duce, Græciam percursantes, templum Delphicum pararent spoliare, injectum[5] illis a Pane improvisum terrorem, quo perculsi omnes fugam arripuerint. Inde natum ut terror sine causa susceptus *Panicus* appelletur.

Pales invocabatur a pastoribus; eadem ac Cybele esse putabatur. Ejus festa *Palilia* celebrabantur, aprili[6] exeunte. Faunus quoque, Pici, Latinorum regis, filius, in agrestium deorum numerum veniebat, quia multa docuerat homines ad agriculturæ usum spectantia[7].

Pomona fructuum, Flora seu Chloris, florum gerebat curam. Ludi ejus in honorem celebrati vocabantur *Floralia*, et tuba indicebantur. Præterea suum singulis fontibus, fluviis, domibus, hominibus, deum assignabant.

Domestici dii *Lares* sive *Penates* appellabantur. Lares vicorum etiam itinerumque præsidēs erant; itaque in vicis et compitis colebantur, et ludis in eorum honorem celebratis, *Compitalitiis*[8] nomen erat. Tunc hominum effigies e lana, tanquam victimæ piaculares, suspendebantur in compitis, rogabanturque Lares, ut in hæc simulacra iram et pœnas effunderent, si quas[9] ipsimet homines commeruissent. Quum bullas[10] pueri deponebant, eas Laribus consecrabant. Canes illis erant dicati, animal domesticum et fidele; ipsique canina pelle vestiebantur. Locus Laribus domi sacer vocabatur *Lararium*. Iidem *Præstites* nominabantur, quasi qui multa familiis comoda prestarent.

Proprium cujusque hominis numen *Genium* vocabant, eumque simul cum unoquoque nasci et mori arbitrabantur. Duplicem statuebant Genium: alterum candidum et felicem[11]; alterum nigrum et sinistrum qui si albo esset fortior, omnibus infortuniis miserum hominem male[12] mulctabat. Feminarum Genios appellabant *Junones*. Serpens Genio dicatus erat.

Rerum humanarum veluti clavum[13] moderabatur Fortuna, dea cæca, rotæ insidens volubili, et in sola inconstantia constans. Huic maxime supplicabant, eique varia diversis nominibus templa posita reperiuntur. Si quis fortuna secunda et favente abuteretur, hunc plectebat[14] *Nemesis*, et indignos ingratosque ulciscabatur. Inditum[15] id illi nomen a voce græca quæ significat *distribuere*, quia pœnas et præmia unicuique veluti dividebat. Dicta quoque legitur *Adrastea*, vel ab Adrasto, rege Argivorum, qui primus aram illi condidit; vel quod nemo illam posset effugere, ut vox græca sonat[16]. Rhamnunte (pagus Atticæ fuit) præcipue colebatur. Hinc *Rhamnusia* vocatur a poetis. Alatham exhibebant[17], ad significandam celeritatem pœnarum, quæ

impios non tardo pede consequuntur; insidentem rotæ, ut indicarent eam vicissitudinem qua delictis pœnæ respondent, iisque succedunt. In deorum etiam numerum referebantur Nox et Somnus, sive Morpheus. Ex utroque genitus Momus ludo jocisque præsidebat. Posita quoque templa visebantur variis scelerum monstris et morbis, ut Invidiæ, Fraudi, Calumniæ, Discordiæ, Furori, Febri, Pavori, Paupertati, Necessitati, Tespestati. Illud[18] paulo rectius, quod eosdem honores tribuerint virtutibus, Fidei scilicet, Justitiæ sive Astrææ, Pietati, Pudicitæ, Concordiæ, Veritati, Saluti, Libertati, Paci, demum[19] Silentio, cujus præses apud Ægyptios erat *Harpocrates*, apud Græcos, *Sigalion*: uterque pingebatur cum digito indice labris admoto, quasi silentium indicens. Harpocrati sacra erat arbor[20] persica, quod ejus folia, linguæ, fructus autem cordis speciem præ se ferant. Ab iisdem Ægyptiis *Angeronia*, silentii dea præses habebatur, ejusque simulacrum ore obligato et obsignato prostabat.

## PARS SECUNDA.

### DE SEMIDEIS ET HEROIBUS.

#### CAPUT XIII.

##### ORIGO IDOLOLATRIÆ.

Quum primum homines, abrepti cupiditatum æstu, in graviora flagitia prolapsi[1] sunt, tunc originis suæ et conditoris obliti, nova sibi numina fabricarunt[2]. Ac primo quidem solem et lunam adoravere, quia nihil formosius objiciebatur sensibus, quorum judicio fere omnia metiebantur[3]: deinde hominibus ipsis cultum uni Deo debitum adhibuerunt. Id primus omnium tentasse[4] Ninus fertur, circa mundi annum millesimum nongentesimum quadragesimum quintum; qui, collocata publice patris sui Beli statua, jussit ad eam preces et vota concipi[5]. Exemplum secutæ gentes vicinæ, divinos honores suis principibus, aut heroibus de genere humano bene meritis, decreverunt. Sic inter superos relati Saturnus, Jupiter, Neptunus, Hercules, alique, et pro numinibus deinde habiti sunt, communi gentium omnium suffragio[6], præcipue Græcorum, qui cæteris eruditione ac sapientia præstare credebantur.

Ordinem nihilominus aliquem statuebant inter deos. Quosdam enim censebant omni[7] exceptione majores, ut Jovem, Junonem, Neptunum, etc.; quosdam minores, ut Pana, Faunos, Satyros, Nymphas, etc. Nonnullos dimidiatos quasi deos, sive *semideos*, appellabant, qui[8] maternum duntaxat paternumve genus ab aliquo deo ducerent, ut Æsculapium, Pollucem, et similes. Denique heroibus ob res præclare gestas, et magna quædam in mortales collata[9] beneficia, cælum ac divinitatem indulserunt[10]. De duobus primis deorum generibus dictum est parte prima; nunc de semideis et heroibus disserendum.

#### CAPUT XIV.

##### PERSEUS.

Acrisius, Argivorum rex quum oraculo didicisset futurum[1] ut periret a puero quem Danae, filia sua, pareret, hanc ærea[2] turri inclusit, appositis custodibus, ne quis ad illam vir aspiraret. Eo tamen penetravit Jupiter in imbrem[3] aureum mutatus, hoc est auro corruptis puellæ custodibus. Genitum sic furto Perseum Acrisius in arcam abdidit[4], et in medios fluctus projecit. Sed a piscatoribus servatus, quum ætate processisset, ac ludicro interesset

certamini, patrem imprudens[5] interfecit. Res ejus præclare gestas describit Ovidius. Pegasus, de quo meminit idem Ovidius, egregiam Perseo primum navavit operam, deinde Bellerophonti, Glauci regis Corinthiorum filio.

Ille quum Prætum, Argivorum regem, inviseret[6] ejusque uxori Sthenobœæ assentiri nollet, ab ea fuit accusatus apud Prætum; qui, ne datam hospiti dextram fidemque violaret, misit ipsum cum litteris quasi commendatitiis (quarum similes *Bellerophontis Epistolæ* postea sunt appellatæ), ad Iobatem, regem Lyciæ, socerum suum. Rogabatur istis litteris Iobates ut Bellerophontem insidiis et astu perderet. Statim variis periculis fuit objetus ab Iobate, ut periret, præsertim Chimæræ, horribili monstro in Lycia, quod Pegasi tamen ope domuit. Sed dum equi alati tergo insidens evolare in cælum conatur, a Jove dejectus et oculis orbus est. Commodius[7] actum fuit cum Perseo et ipso Pegaso: nam ambo in sidera sunt relati. Sthenobœa sibi necem conscivit.

## CAPUT XV.

### HERCULES.

Heroum, quos vetustas celebravit, clarissimus extitit Hercules, Alcmena genitus, conjuge Amphitryonis, tehani principis, et Jove. Regnabat per idem tempus Mycenis, in Græcia, Sthenelus, et regnum Herculi Fata destinabant. Sensit[1] Juno, effecitque ut Eurystheus, Stheneli filius, prior nasceretur quam Hercules, quum antea impetrasset[2] a Jove, ut qui amborum prior foret in lucem editus, alteri imperitaret. Imperium inclementer in Herculem Eurystheus postea exercuit. Longum[3] tamen Junoni visum est, dum uterque adolesceret. Herculem in cunis perdere tentavit, inmissis anguibus geminis, quos infans, jam doctus vincere, qui vivere vix cœperat, tenellis manibus elisit.

Palladis tamen ope[4], Juno Herculi conciliata paulisper est; dumque[5] pueri labris ubera immulget, decidit aliqua particula candidi liquoris, et in eam cœli partem defluxit quæ *Via lactea* postmodum est appellata. Hæc Junonis benevolentia minime fuit diuturna. Eurystheum, Mycenarum solio potitum, impulit ut Herculem variis objiceret laboribus, quibus denique oppressus periret. Duodecim vulgo numerantur Herculis labores.

Primo jussus est leonem Nemeæ silvæ, a quo toti regioni pernicies[6] creabatur, interficere. Adortus feram Hercules in antrum compulit, unde nullum patebat effugium, faucibusque constrictis interemit. Ejus pellem deinceps, primæ scilicet victoriæ monumentum, semper gessit. Erat hydra leone isto tetrior, serpens immanis, in Lerna palude, prope Argos; cui septem capita sic uni collo inserebantur, ut quum unum excinderetur, alia multa repullularent. Omnia simul eodem ictu Hercules abscidit, aut igne, ut alii

tradunt, exussit[7].

Dirus aper in Erymantho monte vastitatem agris afferebat; vivum cepit, Eurystheoque obtulit. Neque[8] nihil nocebat in Mænalo monte cerva, æreis pedibus aureisque cornibus prædita; hanc toto anno insecutus, denique assecutus est, jaculisque confixit. Damni plus afferebant volucres quædam in lacu Stymphalo, inusitatæ magnitudinis et roboris, ita ut prætereuntes unguibus laniarent: iis fugatis, magnam est adeptus gloriam; majorem[9] debellatis Amazonibus, ad fluvium Thermodontem; et tyrannis duobus, Diamede ac Busiride, interfectis, quorum hic in Ægypto peregrinos atque hospites immolabat Jovi; ille in Thracia eosdem[10] ferocibus equis conculcandos ac devorandos præbebat. Illis par immanitate ferebatur Geryon, Hispaniæ rex, tricorpor, quem simili affectit pœna.

Magnam quoque industriæ laudem tulit[11] in repurgando Augiæ regis Elidis, stabulo, in quo collectæ multis ab annis sordes, aerem pestilenti odore inficiebant. Parem adhibuit solertiam, tum in domando tauro ferocissimo, quem iratus Neptunus in Græciæ cladem creaverat; tum in auferendis aureis Hesperidum pomis, et sopiendo[12] pervigili dracone, illorum custode. Hoc in labore adiutorem Atlantem habuit, qui, dum poma colligebat Hercules, cœlum humeris tulit. Sed maximum omnium periculorum adiit in educendo ab inferis Cerbero, cum quo Theseum amicum suum, ibi vinctum, pariter eduxit.

His laboribus feliciter perfunctus, orbem terrarum, ad levandos mortales variis calamitatibus conflictatos, peragravit. Italiam Caco, Vulcani filio, latrone insigni, liberavit. Prometheum, in Caucaso religatum, vinculis exemit. Antæum, Terræ filium, singulari[13] certamine profligavit. Lycum, qui, Thebis captis, Creontem earum regem, socerum Herculis, tunc ad inferos profecti, interfecerat, merita morte mulctavit. Oceanum in medias terras induxit, aperto freto Gaditano, duobusque montibus, Calpe et Abyla, diductis; quibus, tanquam columnis triumphalibus, elogium[14] illud inscripsit: *Non plus ultra*. Herculis gloriam iniquissime ferens Juno, tam diro[15] furore illum concussit, ut Megaram uxorem liberosque occiderit. Nec sibi violentas ipse non attulisset manus, postquam se ab illo furore collegit, nisi eum amici attinuissent.

Victorem tot monstrorum Amor imbellis vicit, ac servire turpiter Omphalæ, Lidorum reginæ coegit, clavamque[16] colo, leonis exuvias muliebri cultu, mutare. Pro Dejanira quoque pugnavit contra Acheloum, Tethyos filium. Eo superato, quum puellam, pugnæ præmium, domum duceret, centaurum Nessum, Dejaniram abducere tentantem, sagittis interemit. Nessus moriens et ultionem spirans, vestem suo cruore, quod præsentissimum[17] erat venenum, tinctam Dejaniræ dedit, affirmans, si eam Hercules indueret, futurum ut nunquam aliam amaret. Dejanira vestem sacrificanti in Cæta monte Herculi misit. Vix induerat, quum, intestino correptus igne in pyram se conjecit eaque

conflagravit. Antea tamen sagittas suas, hydræ Lernæ sanguine imbutas, sine quibus Trojam capi non posse in fati erat, donavit Philoctetæ, Pœantis filio. Philoctetes illas Trojam attulit, ab Ulysse perductus.

Censent eruditi tot res præclare gestas nequaquam esse unius Herculis, sed multorum, qui eodem nomine, non eodem loco ac tempore, vixerint; ac duos præsertim statuunt: alterum libycum, cui adscribunt[18] pugnam cum Antæo, cum Geryone, cum dracone hesperio, diductam Africam ab Hispania, aperto freto Gaditano, et si qua[19] sunt alia gesta per Africam et Hispaniam; alterum thebanum, cui reliqua facinora tribuunt per Arcadiam, Peloponnesum et Phrygiam, sparsa.

## CAPUT XVI.

### THESEUS.

Theseus, Ægei, regis Atheniensium, filius, Herculi propinquus[1] tempore et consanguinitate fuit. Ejus fortitudo eluxit præsertim in domandis tyrannis ac dynastis, qui potentiam suam vexandis hominibus et publica infelicitate metiebantur. Talis erat Scyron, qui prætereuntes in mare præcipitabat; talis Procrustes, qui hospites in suo ipsius lecto sternebat, iisque pedum partem quæ modum[2] lecti excederet, amputabat, aut actis in diversa equis miseros distrahebat[3]. Istis, aliisque id genus; profligatis, ad monstra quoque debellanda curas animumque vertit. Tria præcipue sustulit[4]: taurum immanem, qui marathonium agrum fœda populatione[5] deformabat; aprum calydonium, ab irata Diana immissum in Ætoliâ, et Minotaurum, monstrum ex homine tauroque conflatum, cui devorandos mittere quotannis septem pueros sorte lectos cogebantur Athenienses. Hac eos pœna victor Minos, rex Cretæ, cujus filium Androgeum interfecerant, mulctaverat.

Incessit Theseum cupido Minotauri occidendi. Venit in Cretam, et, monstro perempto. Minois filiam Ariadnen, cujus ope labyrinthi ambages[6] explicuerat, secum abstulit. Eam tamen, immemor beneficii, deseruit in insula Naxo; destitutam Bacchus duxit[7]. Navis qua vehebatur in Cretam Theseus, nigris instructa velis erat, mutandis in alba, si rem bene gessisset. Mutare non meminit, elatus lætitiâ victoriæ. At Ægeus, nigris velis eminus aspectis, periisse filium ratus, in mare se dedit[8] præcipitem, et Ægæo mari nomen fecit.

Pirithous, Thessaliæ in eadem Græciâ rex, accensus invidia ob res præclare a Theseo gestas, ejus regionem infestis armis incuravit, ut ad singulare certamen illum eliceret[9]. Nec recusavit Theseus. Sed ubi primum est conspectus, Pirithoum oris dignitate, comitate indolis, ita devinxit sibi, ut amor invidiæ locum occupaverit, et animos atque arma æterno fœdere ambo

junxerint. Nec diu expectata fuit occasio amicitiae sancienda. Centauri, cum vicinis Laphitis invitati ad nuptias Pirithoi et Hippodamiae, moverant rixam temulenti[10], et ingentem Lapitharum caedem ediderant. Erant centauri equites adeo strenui, ut sedentes in equo, unum cum eo corpus conflare viderentur. Illorum proterviam[11] ac libidinem Pirithous, Theseo adjuvante, ultus est, ut par[12] erat.

Ambo deinde, annis ante excidium Trojae quatuor et viginti, Helenam rapuerunt, quae a Castore postea et Polluce fuit recuperata. Iidem ad rapiendam Proserpinam, regis Molossorum filiam, profecti sunt. Eam canis ferocissimus custodiebat, quem Cerberum vocabant: ab eo laceratus est Pirithous. Theseus, a rege datus[13] in custodiam, Herculis precibus concessus est. Inde nata de inferis fabula, quos Theseus ut narrant poetae adiit cum Pirithoo, ut Proserpinam abduceret. Pluto, re cognita, utrumque comprehendit, et vinculis oneravit; in his haesit[14] Pirithous, sive, ut alii narrant, a Cerbero devoratus est. Theseum Hercules, quum adiret inferos, liberavit, et adiutorem eum habuit in suscepto contra Amazonas bello, quarum reginam Hippolyten ipsi uxorem dedit. Ex ea Theseus genuit Hippolytum, quem Phaedra, Minois filia, secundis nuptiis Theseo juncta, quum aliter ipsum amaret ac par et honestum erat, accusavit, quasi paternum temerare[15] torum voluisset. Theseus Hippolytum diris devovit, ac Neptunum filio[16] ultorem invocavit, a quo inmissae phocae, Hippolytum in maris littore spatiantem, curru excuserunt[17]. Mortuum Aesculapius revocavit in vitam; Diana transtulit in Italiam, et *Virbium*[18] appellavit. Phaedra, crimen confessa, necem sibi attulit.

## CAPUT XVII.

### CASTOR ET POLLUX.

Castor, Pollux, Helena et Clytaemnestra, Ledam habuere matrem, uxorem Tyndari, Cebaliae regis in Graecia, sed Pollux et Helena Jovem, Castor et Clytaemnestra Tyndarum, patrem[1] sortiti sunt. Castor tamen et Pollux vulgo Tyndaridae a poetis vocantur; et amborum celebratur amicitia, quae tanta extitit, ut Pollux, Jove scilicet natus immortalis suam immortalitatem impertiri[2] fratri suo non dubitaverit. Annuit Jupiter ut alternis diebus alter viveret, alter moreretur; imo Castorem adoptavit, in Pollucis gratiam; ita ut ambo appellarentur promiscue *Dioscuri*, hoc est Jovis filii, et inter sidera collocarentur, ubi tertium in Zodiaco[3] locum obtinent, *Geminique* nuncupantur.

Honorem hunc tamen, nisi[4] magnis in mortales promeritis consecuti non sunt, ac potissimum depellendis mari praedonibus. Quam ob causam vota ipsi facere nautae consueverant, et agnos immolare candidos, quum nigras oves

Tempestatibus sacrificarent. A Romanis quoque impensius[5] culti sunt, apud quos viri per ædem Pollucis jurabant[6] vulgo; feminæ, per ædem Castoris.

## CAPUT XVIII.

### JASON ET ARGONAUTÆ.

Athamas, Thebarum rex, arietem aureo isnignem vellere donatum a Superis servabat domi, familiæ Palladium[1]. Hunc Phrixus, Athamantis filius, novercam[2] Nephelen fugiens, asportavit, et ad Colchos delatum immolavit Jovi. Aureum autem vellus dedit Æetæ, regi Colchorum, a quo repositum in luco[3] Marti sacro fuit, additis, custodiæ causa, tauris ignem spirantibus, et pervigili dracone. Hunc thesaurum eripere Colchis Jason decrevit, filius Æsonis, Thessaliæ regis, hortante patruo[4] Pelia, qui, fratris, senio confecti, loco, regnum administrans, donec ei regendo per ætatem Jason par foret, eum in ista expeditione periturum sperabat. Jason vocatis in periculi et gloriæ societatem ducibus Græciæ fortissimis, Hercule, Theseo, Castore, Polluce, Orpheo, Lynceo, Tiphysi, etc., navim Argo fabricavit, trabibus[5] e Pelio monte sumptis, sive, ut alii tradunt, e Dodonæa silva, cujus arbores, voce præditæ, edebant oracula. Tiphys clavum regebat; Lynceus, oculis acutissimis[6] valens, brevia[7] et scopulos detegebat; Orpheus navigationis tædia levabat cantu; cæteri heroes, qui vulgo dicuntur *Argonautæ*, remos agitabant. Solus Hercules cursum parumper retardabat, tum quia pondere corporis deprimebat navim, tum quia ingentem stomachum nulli satis implebant cibi; quumque omnem, quæ condita in cadis[8] ferebatur, aquam hausisset, misit Hylam, adolescentem sibi carum, ad petendas e vicino fonte lymphas. Lapsus in fontem Hylas, sive a Nymphis, ut poetis placet, raptus (sunt illæ fontium deæ), quum non rediret, excendit Hercules, eum quæsiturus, ac socio molesto vectores[9] liberavit.

Navis, hoc onere levata, petras[10] Cyaneas, quæ *Symplegades* vocantur, prætervecta, et Pontum Euxinum feliciter emensa, Colchidem attingit. Jason aureum vellus abstulit, adjuvante Medea, quæ una cum illo fugiens in Thessaliam, ut patrem Æetam persequentem moraretur, Absyrtrum fratrem interfecit, ejusque membra, qua[11] pater instabat, dissipavit; quæ colligens Æeta, illi spatium fugiendi dedit. Ut Medea venit Jasonis domum[12], Æsonem ejus patrem, annis et morbis gravem, in pristinum robur ac juventutem arte magica restituit. At Peliam, deceptis ejus filiabus, jugulavit. Jason interea, Corinthum profectus ad Creontem regem, ejus filiam Creusam adamavit. Medea, se spretam[13] furens, arculam gemmis incantatis plenam Creusæ misit, quæ[14], igne concepto, ipsam et Creontem absumpserunt.

Medea, post exprobatam Jasoni perfidiam, susceptos ex eo duos filios, in ipsius conspectu, mactavit, alisque vecta draconibus, Athenas evasit ad



Ægeum regem. Cui quum nupsisset, ac Medum filium genuisset, conata est Theseum, Ægei filium, e medio tollere, veneno dato; sed deprehenso scelere, fugit in eam Asiæ partem quæ ab ejus filio *Media* est nominata. Argonautarum expeditionem chronologi assignant anno post eonditum Ilium sexagesimo quarto, ante ejus ἄλωσιν (alasin)[15] septuagesimo nono.

## CAPUT XIX.

### CADMUS.

Jupiter, in taurum conversus, Europen, Agenoris, Phœnicum regis, filiam, abduxerat in Cretam. Agenor ejus investigandæ negotium[1] Cadmo filio dedit, eumque, nisi reperta sorore, domum redire vetuit. Cadmus, pererratis frustra variis orbis terrarum partibus, oraculo delphico jussus[2] est in eo Græciæ loco consistere, ubi obvium haberet bovem, ibique urbem condere. Regionem Bœotiam; urbem Thebas appellavit.

In ea plures regnavit annos, domesticis tamen calamitatibus graviter conflictatus. Ex ejus quippe liberis Semele, quum Jovem, ex quo Bacchum edidit, videre fulminantem exoptasset, ambusta fulmine periit. Ino, furem virum suum Athamantem fugiens, in mare se præcipitem dedit. Agave, Penthei mater, filium discerpsit[3]. Cadmus ipse, Thebis pulsus ab Amphione, concessit[4] ad Illyrios cum conjuge, ubi, tædio calamitatum affecti, diis[5] miserantibus, in serpentes ambo mutati sunt.

Amphion Thebanæ civitatis muros condidit, convenientibus ad sonitum lyræ saxis, septemque in ea portas aperuit. Hanc Alexander delevit; Pindari tamen familiæ ac domicilio parvum[6] uni voluit. Alia fuit urbs ejusdem nominis in Ægypto, centum portis patens[7], a qua regio vicina cognomen *Thebaidis* habuit; alia in Cilicia, Andromaches[8] patria; quam Græci, trojanum ad bellum proficiscentes, vastaverunt.

## CAPUT XX.

### ŒDIPUS.

Laius, Thebarum rex, quum audivisset se periturum a filio, Jocastæ uxori præcepit ut natum infantem jugularet. Aversata[1] facinus mater occidendum puerum tradidit militi. Miles, pueruli lacrymis et liberali forma motus, eum ex arbore suspendit pedibus, quos fune[2] seu vimine, in calces indito, trajecerat. Suspensum vidit magister[3] armentorum Polybi, Corinthiorum regis, et reginæ liberis carenti, obtulit. Quæ puerum aluit pro suo, *Œdipum*que dixit a pedum tumore, quos inflatos et tumentes retinebat.

Ætate provectus, comperit nequaquam Polybi se esse filium. Oraculum

consuluit, ab eoque didicit futurum[4] ut patrem in Phocide reperiret. Illuc profectus, Laium, in seditione populari sedanda[5] laborantem, imprudens peremit, ac Thebas rediit. Erat non procul ab urbe Sphinx, monstrum ingeniosum, virgineo capite, corpore canino, alis et cauda draconis, pedibus leonis et ungibus, insigne. Prætereuntibus ænigma proponebat, eosque, nisi objectum[6] nodum solverent, devorabat. Hinc regionis vastitas et urbis solitudo, ad quam[7] nemo poterat aspirare. Creon, Jocastæ frater, qui, Laio mortuo, regnum thebanum occupaverat, præconis voce per universam Græciam edixit[8], fore ut regnum et Jocastam, Laii uxorem, illi traderet, quicumque propositum ænigma posset explicare. *Quodnam animal est, inquiebat Sphinx, mane quadrupes, sub meridiem bipes, et vespere tripes?* Œdipus, tanto præmio invitatus, respondit animal istud hominem ipsum esse, qui pedibus manibusque reptat ab infantia, binis pedibus nititur[9] vir: senex baculo, quasi tertio pede, fulcitur. Hoc responso victa Sphinx, præcipitem se in mare projecit, et regnum metu liberatum, ac Jocastam Œdipo reliquit. Ex ea Eteoclem et Polynicem, itemque Antigonen et Ismenen tulit, nec prius matrem esse suam cognovit, quam, orta pestilentia, vates pronuntiassent immissam[10] pestem a Superis, Laii necem vindicantibus, nec desituram[11] nisi exularet is a quo Laius cæsus fuisset. Compertum denique fuit cædis auctorem Œdipum esse, eundemque matrem habere in matrimonio. His[12] attonitus infelix, oculos eruit sibi; et in voluntarium exilium discedens, regnum Eteocli et Polynici administrandum reliquit.

## CAPUT XXI.

### ETEOCLES ET POLYNICES.

Eteocles et Polynices, Œdipi filii, ne paternum regnum dividendo debilitarent, satius[1] duxerunt illud integrum, sed alternis annis, possidere. Eteocles, ut major natu, prior regnavit anno suo; sed, eo elapso, fratrem, contra[2] quam convenerat, solio exclusit. Hæc fuit belli thebani, a poetis, præsertim a Statio, decantati, causa. Polynices enim omnem Græciam in arma excivit[3], adscito in fœdus Adrasto, Argivorum rege. Tiresias fausta omnia Thebanis promittebat, si Menœceus, Creontis filius, ultimus Cadmi posterorum, se pro patria devoveret. Nec dubitavit fortis ille adolescens, invito patre, procurrare in conspectum hostium, et cruore[4] suo, voluntaria victima litare.

Hinc secunda omnia Thebanis cesserunt. Multi hostium duces, et potissimum Tydeus, Parthenopæus, Capaneus, Amphiarus, maximis jactati periculis, periire. Ad extremum ambo fratres, crudeli bello finem imponere singulari certamine aggressi, alter alterius manu[5] ceciderunt. Nec ipsa mors

odium illorum internecivum[6] extinxit. In eundem quippe rogam coniectis cadaveribus, flamma, sponte divisa, vivere in ipsis mortuorum fratrum cineribus inimicitias demonstravit. Creon, extinctis Œdipo ejusque filiis, regnum quod ipsi sponte concesserat, recepit. Ereptum rogo Polynicis corpus inhumatum[7] projecit. Actigonem, fratris ossa conatam sepelire, vivam humo jussit infodi: sed ipsa supplicium, elisis[8] faucibus, antevertit. Ac Hæmon, Creontis filius, qui Antigonem sponsam optaverat, ensem sibi adegit in pectus. Eurydice, Creontis uxor, tantum filii obitu luctum[9] hausit, ut mortem sibi consciverit[10]. Hanc regiae familiae cladem Sophocles in scenam quum protulisset, tam suavi commiseratione affecit spectatores, ut insulae Sami praefectura donatus[11] fuerit.

## CAPUT XXII.

### TANTALUS.

Non levioribus infortuniis familia Tantali, regis Phrygiae, concidit[1]. Prima calamitatum origo, impietas ipsius Tantali fuit. Jovem, a quo genus ducebat, cum caeteris diis domi suae acceperat. Eorum divinitatem ut probaret, Pelopem suum filium, in frusta[2] concisum et elixum, illis apposuit.

Ceres, paulo reliquis avidior, humerum Pelopis absumpsit; alii, ferales[3] epulas detestati, Tantalum in Tartara detruserunt[4], ubi mediis in undis sitit, et, alludentibus ori pomis, fame cruciatur. Pelopem deinde in vitam revocaverunt,educta ex inferis per Mercurium ejus anima, et membris ita reparatis, ut humerus eburneus in ejus locum qui a Cerere comesus fuerat, substitueretur.

Niobe, Tantali filia, paternam impietatem imitata, dum Latonam contemnit, numerosam amisit sobolem, telis Appollinis ac Dianae confixam[5], et ipsa dolore amens in saxum dirigit[6].

Pelops, Phrygiam tot cladibus suorum funestam deserens, venit in Elidem, et Hippodamiam, Œnomaï regis filiam, uxorem ab ejus patre postulavit. Œnomaus, mortem sibi a genero[7] afferendam admonitus, eam filiae procis[8] conditionem proposuerat, ut curuli certamine secum decertarent, ea potituri, si vincerent; perituri, si vincerentur.

Accepit conditionem Pelops, et regem vinci aliter quam dolo non posse intelligens, egit[9] cum Myrtilo, ejus auriga, ut ferrum tolleret, quod axi extremo, rotarum modiolis[10] inserto, infigitur, easque, ne effluent, continet. Excussus[11] hunc in modum curru Œnomanus, fractis cervicibus, cum vita victoriam et regnum amisit.

Pelops, regno dotali potitus, Peloponneso, nomen dedit. Felix si concordem habere filios, Atreum et Thyesten, potuisset! Sed fratrum discordia tanto solet

esse gravior, quanto sanctior amicitia esse deberet.

Thyestes uxorem fratris temeravit. Atreus Thyestæ filios, inscio patre, interfecit, eidemque epulandos præbuit. Supererat Thyestæ filius nothus[12], qui perire statim ab ortu jussus[13], a pastoribus tamen fuerat servatus, et lacte caprino nutritus, unde nomen illi *Ægisthus* factum. Hic Atreum obtruncavit: Agamemnonem, Atrei filium e trojano reversum bello sustulit, conscia et adjuvante, quam sibi male[14] devinxerat, Clytæmnestra, conjugē Agamemnonis. Hinc fecunda tragœdiarum seges.

## CAPUT XXIII.

### TROJANI REGES.

In ea Phrygiæ parte, quæ Bosphorum thracium respicit, Trojam Dardanus, Jovis et Electræ filius, condidit e Tuscia fugiens, occiso fratre, quicum[1] in hac Italiæ parte regnabat. Rerum[2] in Troade tunc potiebatur Teucer, qui Dardanum generum[3] adscivit, cumque illo Trojæ fundamenta jecit, annis ante natam[4] Romam fere septingentis. Dardano successit Erichthonius filius, Erichthonio Tros, qui *Trojam* de suo appellavit nomine. Tros filius fuit Ganymedes, a Jove raptus. Item Assaracus[5], ex quo genitus est Capys, Anchisæ pater; demum Ilus, qui paternum adeptus regnum. Trojam *Ilium* vocari jussit.

Ilo successit filius Laomedon, quem Hercules vita, regnoque spoliavit, abducto ejus filio, qui a Trojanis redemptus, inde Priami nomen consecutus est, quum antea *Podarces* diceretur. Priamus[6], patri suffectus, turribus arcibusque munivit urbem, quæ tunc *Pergama* vocabatur, unde ipsa Troja nomen illud quoque sumpsit. Priami uxor[7] Hecuba; filii precipui, Hector, Deiphobus, Helenus et Paris, sive Alexander, funesta patriæ fax[8]. Talem[9] sibi visa fuerat parere mater, ejusque somnio cognito, Priamus necari puerum jusserat. Hecuba clam inter pastores educandum curavit, ubi, quum regias dotes ostenderet, in conditionis humilitate originem probavit, ipsisque Superis dignus[10] est visus, qui ortam inter Junonem, Palladem et Venerem, controversiam dirimeret. Intererant[11] epulo geniali, quum Thetis Peleo nuberet. Discordia in medium jecit fatale pomum, cum hac inscriptione: *Detur pulchriori*. Paris, arbiter ita diræ litis sumptus, eam Veneri, adjudicavit, et sibi suisque Junonis ac Minervæ conflavit odia.

Interim[12] Priamus certamen ludicrum nobilitati Trojanæ proposuit. Adfuit Paris adhuc incognitus, et cæteris, qui congressi fuerant, victis, ipsum Hectorem superavit. Hector, quum pugilem[13] ignotum ferro persequeretur, ut ignominiam ejus sanguine elueret, agnovit fratrem, conspectis certis insignibus et gemmis, quæ Hecuba pastori, ejus educatori, tradiderat. Priamus,

fatorum immemor, filium lætus amplectitur, et in regiæ partem accipit.

## CAPUT XXIV.

### TROJANI BELLI CAUSA.

Quum Hercules Trojam vastaret, Hesionem, Laomedontis filiam, Telamoni, græco duci, conjugem dederat. Paris, amitam[1] suam repetiturus, classem instruxit, Priamo[2] non invito, qui, opibus et gloria pollens[3], imminebat[4] in omnem injurias a Græcis toties acceptas vindicandi occasionem. Paris recta[5] Spartam contendit, ad Menelaum, Spartæ regem, filium Atrei, et Agamemnonis fratrem. Exceptus humanitate[6] summa, et domi relictus est a Menelao, cui erat iter in Cretam necessarium.

Helenam, uxorem Menelai, Venus ita[7] Paridi conciliavit, ut cum eo Trojam profugerit, probante Priamo, qui Hesionem, sororem suam, ita redditum[8] iri facile sperabat, si cum Helena permutaretur. Contra[9] ac speraverat accidit: nam Græci Hesionem reddere negarunt[10], Helenamque junctis viribus et armis repetentes, Trojam, per annos decem obsessam, solo[11] demum æquarunt. Quo pacto Ulysses et Achilles ad hoc bellum perducti fuerint exponit Ovidius.

Idem explicat quemadmodum Græcorum exercitus Aulidem[12] convenerit, ibique ventis adversis tandiu retentus fuerit, dum Agamemnon filiam Iphigeniam Dianæ immolare constitueret. Cervam tamen ejus in locum Diana substituit, eamque in Tauricam Chersonesum deportavit. Diana placata, solvit[13] Græcorum classis, mille ducentarum nonaginta navium, sub ducibus quinque et nonaginta, et ad Trojam castra posuit. Diuturnam bello moram[14] attulit Asia fere universa, ad urbis unius auxilium concurrens. Tum Hectoris fortitudo, denique discordia Achillem inter et Agamemnonem coorta[15].

Hic[16] puellam quamdam sacerdoti Apollinis ereptam penes se habebat. Apollo, a virginis patre oratus, immissa[17] peste, Græcorum exercitum populabatur. Quam[18] ut Achilles averteret, Agamemnonem coegit puellam parenti reddere. Agamemnon, iracundia elatus, Briseidem vicissim Achilli eripuit. Achilles, injuriam non ferens, inclusit se tentorio, Græcosque Trojanis profligandos permisit. Arma sua duntaxat concessit Patroclo; quibus ille indutus, et Hectorem ausus lacessere, ab illo sternitur. Tunc vero Achilles, ulciscendi amici causa, bellum[19] repetiit, Hectoremque cæsum ter circa muros urbis raptavit.

## CAPUT XXV.

### TROJÆ EXCIDIUM.

Hectoris necem clades fortissimorum e trojanis ducum est consecuta. Priamo et Hecubæ in desperationem actis promisit Paris necem Achillis quo[1] uno maxime Græci stabant. Comperit[2] eum, Polyxenæ, Priami filiæ, amore captum. Adducit[3] in spem conjugii, et pactis paucorum dierum induciis, in templum Apollinis invitat, colloqui[4] uberioris causa. Venit Achilles, nihil a Paridis perfidia metuens; a quo sagitta percussus, interiit. Cæsum in acie canit Ovidius. De illius armis certatum Ajacem inter et Ulyssem.

At Græci, dolo pariter et proditione ulciscendos[5] proditores arbitrati, reditum in patriam, velut fessi bello, simulant; et equum ingentem fabricantur, quasi donum[6] placandæ Minervæ, cujus numen a se violatum dictitabant, raptum ex arce trojana Palladio, seu Minervæ sacra statua, qua Trojæ fatum et felicitas contineri putabantur. Equum in littore relictum, Græcis ad insulam Tenedum profectis, Trojani in urbem inducunt, diruta murorum parte, per quam Græci, noctu e vicina insula Tenedo reversi, subierunt[7], et civitatem somno ac vino sepultam incenderunt. Hanc illis ab Ænea et Antenore proditam fuisse fama est.

Pyrrhus, Achillis filius, Priamum ad Jovis aram jugulavit; immolavit Polyxenam ad Achillis, qui ejus nuptias ambierat[8] tumulum. Andromacham, Hectoris conjugem, abduxit in Græciam. Paris sagitta Herculis a Philoctete confossus est. Menelaus Helenam a Deiphobo, cui post Paridem occisum nupserat, recepit. Ulysses Astyanactem, Hectoris filium, e summa turri dejiciendum curavit. Ajax, Oilei filius, Cassandra Priami filia temerata, Palladis, cujus ad statuam veluti ad asylum illa confugerat, iram in se, concitavit; quare, facto naufragio, fulmine[9] conflagravit. Classis Græcorum ad Caphareos scopulos insulæ Eubœæ allisa[10], magna[11] parte periit, Nauplii scelere, qui dolens filium suum Palamedem ab Ulysse falso crimine accusatum, et a Græcis damatum, ignes nocturnos e cautibus[12] extulit: ad quas classis, portum[13] rata, per tenebras temere appulit.

Contigit Trojæ excidium anno mundi bis millesimo octingentesimo septuagésimo, quum Ahilon Hebræis jus[14] diceret. Cæsa esse perhibentur in eo bello Græcorum octingenta octoginta sex millia; Trojanorum vero, ante captam, urbem, sexcenta septuaginta sex millia.

## CAPUT XXVI.

### AGAMEMNON ET ORESTES.

Agamemnon, domum redux, Clytæmnestræ et Ægisthi, ejus[1] adulteri, ferro occidit. Orestes ultus est patris mortem, perempta matre. Quam[2] quum observari sibi semper crederet tædis et serpentibus armatam, oraculum consuluit. Eo jubente, in Tauricam Chersonesum contendit, comite Pylade,

regis Strophii filio, cujus amicitiam quum[3] in maximis antea periculis, tum in hoc præcipue loco est expertus.

Mos erat ut hospites ac peregrini comprehenderentur, Dianæ, quæ ibi colebatur, immolandi. Capti Pylades et Orestes, adducuntur ad Thoantem, summum sacerdotem. Is, novorum hospitem nobilitate permotus, et indole liberali, quum utrumque servare, salvis[4] patriæ legibus, non posset, alterum, ducta[5] sorte, incolumen fore pronuntiat. Hic vero celebris orta est inter Pyladem et Orestem contentio, dum alter alterius perire loco certat. Sors Orestem addixit[6] neci.

Præerat Dianæ sacris Iphigenia, Orestæ soror, illuc per Dianam ex Aulide translata, quum[7] cervam in illius mactandæ locum supposuit, ut Ovidius narrat. Iphigenia, quum ferrum libraret in fratris caput, eum agnovit. Occiso Thoante, Orestes cum sorore, Pylade, et Dianæ statua, rediit in Græciam, ubi expiatus[8], et Furiarum tetro aspectu liberatus, paternum regnum feliciter administravit. Eadem statua Dianæ in Italiam postremo delata est, et in Aricino collocata nemore. Templi ædituus[9], et sacerdos istius Dianæ *Aricinæ*, rex nemorum vocabatur, ac vulgo servus erat fugitivus qui tandiu regnum illud obtinebat[10], dum ab alio fugitivo commissa pugna victus necaretur.

## CAPUT XXVII.

### ULYSSES.

Decem annos Ulysses erravit post excisam Trojam, priusquam paternos lares reviseret. Vix ingressus navim, in Thraciam tempestate delatus est. Ibi regnabat Polymnestor, cujus fidei ac tutelæ Priamus filium Polydorum et regales thesauros, ne venirent in Græcorum manus, tradiderat custodiendos. Polydorum rex avarus, ut auro potiretur, trucidaverat. Hecuba id quum rescivisset[1] (nam Ulyssi[2] in trojana præda dividenda obvenerat), Polymnestorem adiit, velut ignara; ostentansque spem thesauri alterius, eum seduxit a regio comitatu; mox involans[3] in vultum, oculos ille unguibus eruit. Quo facto, lapidibus a populo superveniente appetita[4], in canem rabidam mutata fuit.

Ulysses, repetita navigatione, abripitur in Africam ad *Lotophagos*, ita vocatos a *loto* arbore, cujus fructus tam suaves habebat illecebras[5], ut advenis oblivionem patriæ afferret, ejusque suavitate captos e sociis suis nonnullos Ulysses amiserit. Alii, redintegrato cursu, Siciliam cum eo tenuerunt. Sex eorum Polyphemus, Cyclopum teterrimus, devoravit. Hunc Ulysses vino[6] gravem invasit, eique unum, quem in fronte media gerebat, oculum exsculpsit. Inde ad Æolum propere fugit, qui ventos adversos utribus inclusos in ejus navim congesit, ne snocerent. Utres tumidos socii male[7] curiosi

recluserē. Ventis solutis, novæ tempestates excitatæ[8], nova[9] pericula. Iis jactatum Ulyssē, et a Læstrygonibus Formianum littus incolentibus, atque humana carne vesci[10] solitis, pæne oppressum, insidiosa benignitate excepit Circe, famosa venefica[11].

Hæc socios Ulyssis in ferarum varia monstra transformavit. Ipse artes magicas elusit, instructus herba *moly*, sapientiæ simbolo, a Mercurio sibi donata. Eadem Circe adjuvante, adiit inferos, ubi a Tiresia vate[12] multa de rebus aliquando sibi eventuris cognovit. Pari felicitate ac prudentia Sirenum dolosos cantus, in eodem Tyrrheno littore effugit, sociorum auribus cera obturatis, ipse ad malum[13] alligatus. Inde Siciliam rursum tenuit. Solis boves Phæthusa nymp̄ha pascebat. Præceperat enixe sociis Ulysses ut sacris armentis[14] temperarent. Auditus non est. Itaque, Sole irato, naves cum sociis amisit, vixque in fractæ[15] ratis tabula enatavit ad Ogygiam insulam, ubi, recenti navigio instructus a nymp̄ha Calypso, mari se commisit. Facto iterum naufragio, cujus auctor[16] Neptunus, Polyphemum filium ab Ulyssē excæcatum[17] ægre ferens, evasit ope Leucothææ in insulam Corcyram, et acceptis ab Alcinoō, Phæacum rege, navibus, Ithacam attigit. Domum suam, rustici[18] cultu, ingressus, cognoscendum se Telemacho filio, et fidis aliquot famulis dedit, quorum opera procis[19] deletis, fortunas uxoremque Penelopē recuperavit. De re bene gesta lætum tacitus angebat metus, ne a filio interficeretur (id enim Tiresias prædixerat); ac ne tristi vaticinio[20] fidem faceret, cogitabat secedere in aliquam solitudinem, quum Telegonus, quem e Circe genuerat, audito felici patris in Ithacam adventu, accessit gratulaturus. Dum ut ignotus repellitur, nonnihil[21] tumultus ortum est ad fores. Procurrit Ulysses, ut rem cognosceret, interque confusos tumultuantium clamores sagitta vulneratur a Telegono. Fieri medicina plagæ non potuit, quia jaculum veneno infectum erat.

## CAPUT XXVIII.

### ÆNEAS.

Æneas, Veneris et Anchissæ filius, Creusam, Priami natarum unam, duxerat[1]. E patriæ incendio elapsus[2] ope matris, septem annos erravit incerto mari, ob iram Junonis, nomini trojano semper infensæ[3]. His transactis, Carthaginem venit ubi quemadmodum canunt Virgilius et Ovidius, Dido novam condebat urbem; ab eaque mensibus aliquot retardatus[4] monente demum Jove, perrexit in Italiam, ac, victo Rutulorum rege, Turno, Laviniam, regis Latini filiam, cum dotali regno accepit, ac romani imperii fundamenta jecit.



## CAPUT XXIX.

### UTILITAS E FABULIS CAPIENDA.

Quum poetæ ac doctores profanæ antiquitatis plurima, quæ ad explicandam rerum naturam aut instruendos[1] mores pertinent, simulacris[2] deorum et fabulis involverint, dispiciendum[3] est quid veri bonive sub istis integumentis lateat. Ita Cælum finxerunt Saturni sive Temporis patrem, quia cælum diurna et annua conversione[4] tempus efficit. Quum vero temporis par vetustati sit velocitas, idemque[5] finem rebus quas produxit afferat, describere Saturnum habitu senis alati et falce armati, qui liberos suos devoraret. Saturnum excepit Janus, Latii rex prudentissimus; qui, quum prospiceret futura, præterita meminisset, eum bifrontem idcirco pinxerunt.

Rudes et incultos homines Prometheus a ferino[6] victu abductos excoluit[7], ac mentem veluti corporibus brutis addidit. Hæc fuit causa cur homines dictus sit e luto finxisse. Idem usum ignis edocuit, ac reperit quo pacto e solis radiis, puta concavo speculo exceptis, eliceretur. Hinc nata multa vitæ commoda, et e commodis incommoda, nimirum, morbi, febres, etc.

Deucalion urbes condidit, invenit artes, vitam moribus ornavit; hinc saxa in homines mutasse prædicatur. Amphion devinctos concordia Thebanos ad urbem ædificandam adduxit; lapides lyræ sono movisse narratur. Atlas vero in montem conversus cælum humeris ferre[8], quia ut astra specularetur, in editiorem ascendebat locum, et cœlestem excogitavit[9] sphæram, quam fere semper præ manibus habebat. Alas Dedalo dederunt[10], ut e labyrintho evolare, quia navigandi et utendi velis artem reperit. Icarum audaci volatu sublimia[11] captantem in mare dejecerunt, ut juvenilem notarent imprudentiam, quæ medium iter ac tutum tenere nescit.

In Tantalo avaros, in Lycaone crudeles, in Sirenibus et Circe amatores voluptatum, in aliis alia flagitia descripserunt. In Medusa, muliere libidinosa[12], indolem impuræ[13] libidinis adumbratam voluere, cujus ea vis labesque est, ut homines omni rationis, pietatis et humanitatis sensu spoliatos, in saxa transformare videatur. Quis in Narciso non agnoscit hominem sui amantiorem? in Marsya, quem Apollo cute spoliat, arrogantem?[14] in Persei Pegaso[15], celeritatem rebus gerendis necessariam? in ejusdem speculo polito, quod instar clypei gestabat, sapientiam non intelligit?

An temere conjiciet[16], si altiora spectamus, qui Adamum in Saturno liberos devorante expressum arbitrabitur? in Iapeto Japhetum e Noemi liberis tertium, et alia ejusdem generis? Sacrarum arcana[17] litterarum e Judæis cognoscere Phœnices et Ægyptii facile potuerunt. Ab utrisque hauserunt[18] Græci, et jam adulterata novis commentis depravarunt. A Græcis romanus orbis originem sumpsit, ut subtiliter et erudite disserit P. Turneminus, in

egregio[19] specimine prolixioris de tota ratione fabularum commentarii, cujus conspectus magnam totius operis expectationem omnibus eruditis fecit. Multa quoque morum documenta sub fabularum velo latentia detegit P. Michael Pexenfelderus, in eleganti ac pia lucubratione[20] cui nomen fecit *Ethica symbolica*, etc., edita Monachii[21], millesimo sexcentesimo octogesimo anno.

## CAPUT XXX.

### QUOMODO EXPLICANDÆ FABULÆ.

Erit[1] igitur christiani præceptoris videre quid lateat sub illo cortice fabuloso, et veritatem istis involutam umbris evolvere. Sic impiæ vetustatis venena vertentur in antidota, et suus virtuti honor, improborum errore ad vitia[2] traductus, jure ac merito restituetur. Quamvis[3] autem hæc una caperetur utilitas ex historia fabulosa; quamvis hæc una legeretur[4] e tot flagitiorum, quibus religio profana sordet[5] sterquilinio gemma, nimirum[6] commendatio christianæ religionis, quæ Deum moresque tantum veteribus illis dissimiles tradit, satis magnus pateret ad juventutem non pie solum sed festivæ ac eleganter instituendam, campus.

Documento[7] est P. Carolus de Aquino, Italus, quo eloquentiæ magistro frui per annos duodeviginti romano licuit collegio, in egregiis quas recens[8] edidit *satiris*, ubi totam illam veterum deorum farraginem ita excutit[9] exagitatque, ut ingenium cum eruditione certet, majestas heroici carminis cum satirica dicacitate, latinitatis exquisitæ sapor cum insigni priscorum auctorum notitia.

Easdem dotes in aliis duobus carminum, quos vulgavit[10] ante paucos annos, tomis, observare[11] est, ac præsertim in ipsius *Anacreonte recantato*, in quo quinquaginta sex odas lepidissimi[12], at non usquequaque[13] modesti et sobrii vatis, eodem quo scriptæ sunt metro, ordine, sic imitatur latinis versibus, ut eas ad honestiorem sensum accommodet per totidem parodias; non sacra duntaxat argumenta substituendo profanis, sed ingeniosa varietate fingendo, ludendo, et priscas[14] recentibus historias ac sententias utiliter suaviterque intexendo.

FINIS.

## NOTAS.

En las palabras y frases que llevan dos traducciones, la primera es mas literal, pero menos oportuna que la segunda. En las voces de origen verbal se consigna el infinitivo de que proceden.

### PARS PRIMA.

#### CAPUT I.

1. *Antiquissimus* suple *Deus*. Los dioses de los paganos se dividian en mayores y menores. Los primeros *dii majores* ó *dii majorum gentium* eran doce cuyos nombres reunió Enio en los siguientes versos:

Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars,  
Mercurius, Jovi, Neptunus, Vulcanus, Apollo.

Los dioses inferiores *dii minores* ó *dii minorum gentium* eran muy numerosos. Los *semidioses* eran hijos de un dios y una mujer ó de una diosa y un hombre. Los *Héroes* eran personajes célebres á los que se divinizaba por sus hazañas.

2. *Foret* por *esset*: de *esse*.

3. *Invita vehementer uxore*, opuesta en gran manera (su) mujer: con gran disgusto de su mujer.

4. *Enixa*, habiendo dado á luz: de *eniti*.

5. *Acie*, en combate.

6. *In fatis*, en los hados, en el destino.

7. *Amissa cælo*, habiendo perdido el cielo.

8. *Latium*, Lacio: de la palabra latina *latere*, estar oculto.

9. *Donatus est*, fué dotado: de *donare*.

10. *Biceps*, de dos cabezas.

11. *Viguerunt*, estuvieron en vigor: de *vigere*.

12. *Fecerunt*, hicieron, dieron: de *facere*.

13. *Ultero citroque* por *ultra citraque*, de una y otra parte.

14. *De sontibus supplicium sumere*, castigar los culpables.

15. *Nefas suple erat*, era ilícito.

16. *Vicem implebant*, hacían las veces.

17. *Duxit nomen*, tomó (su) nombre.

18. *Tempestates*, estaciones.

19. *Datae suple sunt*.

20. *Quippe suple erat is*.

21. *Flagrante bello*, encendida la guerra.

## CAPUT II.

1. *Sortitur*, alcanza, toma: de *sortiri*.

2. *Magna Mater suple vocatur*.

3. *Nati suple fuerunt*.

4. *Ops et Tellus*: *Ops* viene de la palabra latina *ops*, *opis*, socorro y *Tellus* significa la tierra.

5. *Rhea*, de la palabra griega ῥέω, (*rheo*), fluio.

6. *Vesta*, de donde viene la palabra vestíbulo, porque á la entrada de cada casa habia un fuego consagrado á *Vesta*.

7. *Constituunt*, establecen, distinguen: de *constituere*.

8. *Stat suis librata ponderibus*, está equilibrada por su propio peso.

9. *Conflata*, compuesta, forjada: de *conflare*.

10. *Indicebatur justitium*, se publicaba el *justitium*: palabra compuesta de *jus*, derecho, y *stare*, detener, parar.

11. *Incuria suple extinguebatur*.

12. *Megalesia*, megalesias: del adjetivo femenino griego μεγάλη (*megale*), grande.

13. *Cujus aqua epota=cujus aquam qui epotabant*.

14. *Arietabant*, luchaban como carneros: de *arietare*.

15. *Corybantes*: del griego κόρυς (*corus*) casco, y βαίνω (*baino*) voy.

16. *Dictos suple esse volunt*, quieren que se les llame.

17. *Divæ id est Cybeles.*
18. *Sacra suple festa.*
19. *Inconditis, descompuestos: de incondire.*
20. *Eadem suple sacra.*
21. *Mammossæ et Almæ, de Mammosa y Alma ó bien, aproximadamente, diosa de la fertilidad ó de la fecundidad.*
22. *Diverterat, se habia apartado, se habia alojado: de divertere.*
23. *Cæpta sunt del antiguo verbo cæpire, comenzar.*
24. *Thesmophoria. Tesmophorias: de las palabras griegas θεσμός (thesmos) ley, y φέρω (fero), llevo.*
25. *Ambarvalia, ambarvalias: de am, al rededor, y arva, campo.*
26. *Unde suple venit.*
27. *Divus Augustinus tradit, S. Agustin refiere.*
28. *Tradidisse: haber enseñado: de tradere.*
29. *Factum suple esse.*

### CAPUT III.

1. *Vindicaret, se apropió: de vindicare.*
2. *Dolens (propter) filios.*
3. *Congestis in cumulum, acumulados.*
4. *Pænas Jovi dedere, fueron castigados por Júpiter.*
5. *Imparem, no igual, inferior.*
6. *Ingeminante, repitiendo; de ingeminare.*
7. *Indigne ferens, indignándose.*
8. *Laniaret, despedazase: de laniare.*
9. *In novos cruciatus, para nuevos tormentos.*
10. *Collatis, reunidos: de conferre.*
11. *Pandoram, Pandora: de πᾶν (pan) todo, y δῶρον (doron) dote.*
12. *Superum por superiorum.*
13. *Supparem, contemporáneo.*

14. *Maritimi tractus*, las regiones marítimas.

15. *Ut plurimum*, muy frecuentemente.

16. *Terra suple significatur*.

17. *Sinistra*, siniestros, funestos.

#### CAPUT IV.

1. *Feliciter edendis*, para que fuesen felices.

2. *Horruit*, tuvo horror, aversión: de *horrere*.

3. *Calce*, de una patada.

4. *Inter cadendum*, al caer.

5. *Fabricandis fulminibus*, como si dijese *fabricationi fulminum*.

6. *In fronte media*, por *in medio frontis*.

7. *Fastidire*, desdeñar, menospreciar.

8. *Insigne=signum*.

9. *Effussum*, distraído, entregado: de *effundere*.

10. *Operam navaret*, prestase (su) ayuda.

11. *Sæviebat*, se enfurecía: de *sævire*.

12. *Id nominis=id nomen*.

#### CAPUT V.

1. *Obsecravit*, rogó: de *obsecrare*.

2. *Excludendam suple esse*.

3. *Obruta*, cubierta, anegada: de *obruere*.

4. *Miseratus*, apiadado: de *miserari*.

5. *Nactus est*, adquirió, alcanzó: de *nancisci*.

6. *Discerptum*, despedazado: de *discerpere*.

7. *Lædi*, ser vulnerada.

8. *Exarsit*, se inflamó: de *exardere*.

9. *Redactus in ordinem*, rebajado en orden, degradado.

10. *Pestis*, peste, enemigo, terror.

11. *Vidit suple eum ó Appollinem.*
12. *Ejusdem suple Appollinis.*
13. *Imprudens suple Apollo.*
14. *Incidit in Neptunum, encontró à Neptuno.*
15. *In quem, contra quien.*
16. *Placandos suple esse.*
17. *Neci addixerat, habia condenado á muerte.*
18. *Valere jusit, equivale á nuestro «envió á paseo.»*
19. *Provinciam, cargo, destino.*
20. *Hunc suple Hyperionem.*
21. *Cæpit suple Apollo.*
22. *Caliope es la musa de la poesía épica, Clio de la historia, Erato de la poesía lírica, Talia de la comedia, Polymnia de la retórica, Urania de la astronomía, Melpomene de la tragedia, Terpsicore del baile y Euterpe de la música.*
23. *Deturbatus est, fué derribado: de deturbare.*
24. *Senio fractus, agobiado de vejez.*
25. *Ex ejus rogo, de su hoguera, de sus cenizas.*
26. *Icta, herida.*

## CAPUT VI.

1. *Addicta, dedicada: de addicere.*
2. *Coluit, conservó: de colere.*
3. *Ephesi, en Efeso.*
4. *Las siete maravillas del mundo eran: los pensiles de Babilonia, las pirámides de Egipto, el Júpiter olímpico de Phidias, la tumba de Mausoleo, el faro de Alejandría, el Coloso de Rodas y el templo de Diana en Efeso. El dia que nació Alejandro Magno, mientras Diana estaba ocupada en el parto de Olympias, fué quemado el templo de Efeso por Erotrastes, con el único objeto de hacer célebre su nombre.*

## CAPUT VII.

1. *Menses legitimi implerentur*, se completasen los meses ordinarios ó regulares.
2. *Provectior*, mas avanzado.
3. *Vitium*, de las vides.
4. *Sacra suple erat illi hedera*, le estaba consagrada la yedra.
5. *Eodem suple thirso*.
6. *Triterica*, tritéricos; de τρία (tria) tres y ἔτος (etos) año.
7. *Invios*, sin caminos, inaccesibles.
8. *Lyæus*, Lyeo: de λύω (luo) desato.
9. *Quædam suple sacra*.
10. *Pagis*, aldeas.
11. *Cernuare*, caer de bruces.
12. *Cachinnis agrestis coronæ*, con las carcajadas de la rústica asamblea.
13. *Adumbratum*, representado: de *adumbrare*.
14. *Pugnent*, porfíen, sostengan: de *pugnare*.
15. *In eam sententiam*, en tal sentido.

#### CAPUT VIII.

1. *Quo por ut*.
2. *In manu suple ferebat*.
3. *Incidisse in duas angues*, haber tropezado con dos serpientes.
4. *Gemino angue insignem*, notable por las dos serpientes.
5. *Mercatura*, del comercio.
6. *Alterum por secundum*.
7. *Quum res ferebat*, cuando convenia.
8. *In triviis et compitis*, en las encrucijadas y plazas.
9. *Captæ=orbitæ*, privadas.
10. *Hermathenas* de Ἑρμῆς (Hermes) Mercurio y Ἀθήνη (Athene) Minerva.  
—*Hermerotes* de Ἑρμῆς (Hermes) Mercurio y Ἔρως (Eros) Amor.



## CAPUT IX.

1. *Item suple fuit filius.*
2. *Æneas suple fuit etiam filius ejus.*
3. *Filiæ suple fuere.*
4. *Ut ne por ut non.*

## CAPUT X.

1. *Tridens suple erat.*
2. *Phocas, vacas marinas.*
3. *Quo pacto, de que modo.*
4. *Hunc egit in furias, le infundió trasportes de furor.*
5. *Ino=Inonem.*
6. *In angusto freto, en el pequeño estrecho.*
7. *Degebant, habitaban: de degere.*
8. *Brevia syrtesque, bancos de arena y escollos.*

## CAPUT XI.

1. *Portitor, el barquero.*
2. *Carnifices, los verdugos.*
3. *Colum, la rueca.*
4. *Reciso, cortado: de recidere.*
5. *Expensa, pesada: de expendere.*
6. *Instituerent, empezasen: de instituere.*
7. *Exactis, pasados: de exagere.*
8. *Urgeret in interitum, empujase á la muerte.*
9. *Purgo, lustrum, purifico, limpio.*
10. *In iman tellurem, en lo mas profundo de la tierra.*
11. *Admovit, acercó: de admovere.*
12. *Immeritis contingunt, van á quienes no las merecen.*

## CAPUT XII.

1. *Principem*, principal.
2. *Non dissimiles* suple *Pani*.
3. *Panos* genitivo de forma griega.
4. *Speciem*, forma, figura.
5. *Injectum* suple *fuisse*.
6. *Aprili exeunte*, á fin de Abril.
7. *Spectantia*, tocantes, referentes: de *spectare*.
8. *Compitalitiis*, dativo por atraccion.
9. *Quas* por *aliquas*.
10. *Bullas*, bulas ó abrazaderas, adorno en forma de corazon que llevaban colgado del cuello los jóvenes romanos de condicion libre.
11. *Felicem*, favorable.
12. *Male mulctabat*, maltrataba.
13. *Clavum*, timon.
14. *Plectebat*, castigaba: de *plectere*.
15. *Inditum* suple *fuit*, se dió.
16. *Sonat*, espresa: de *sonare*.
17. *Exhibebant* suple *eam*.
18. *Illud (erat) paulo rectius*, algo mas razonable era.
19. *Demum* por *e*.
20. *Arbor persica*, el albérchigo.

## PARS SECUNDA.

### CAPUT XIII.

1. *Prolapsi sunt*, se deslizaron, cayeron: de *prolabi*.
2. *Fabricarunt* por *fabricaverunt*.
3. *Metiebantur*, medían: de *metiri*.
4. *Tentasse* por *tentavisse*.

5. *Preces concipi*, se dirigiesen plegarias.
6. *Sufragio*, por el consentimiento.
7. *Omni exceptione*, sin contradicción.
8. *Qui ó quia*.
9. *Collata*, conferidos: de *conferre*.
10. *Indulserunt*, concedieron: de *indulgere*.

#### CAPUT XIV.

1. *Futurum suple esse*.
2. *Ærea*, de cobre.
3. *Imbrem*, lluvia.
4. *Abdidit*, escondió, encerró: de *abdere*.
5. *Imprudens*, sin saberlo.
6. *Inviseret*, visitase: de *invisere*.
7. *Commodius*, mas benignamente.

#### CAPUT XV.

1. *Sensit suple id*, súpolo.
2. *Impetravisset.... imperitaret*, hubiese conseguido.... dominase.
3. *Longum Junoni visum est (tempus)*, largo pareció á Juno el tiempo.
4. *Ope*, por la mediación.
5. *Dumque suple ea*.
6. *Pernicies creabatur*, se ocasionaba la ruina.
7. *Exussit (ea)*, las quemó.
8. *Neque nihil*, mucho.
9. *Majorem suple gloriam adeptus est*.
10. *Eosdem (peregrinos et hospites) conculcandos*, para que los pisoteasen.
11. *Magnam industriæ laudem tulit*, gran fama de habilidad adquirió.
12. *Sopiendo*, adormeciendo: de *sopire*.
13. *Singulari certamine profligavit*, venció en singular combate.

14. *Elogium*, inscripcion.

15. *Tam diro furore illum concussit*, con tan cruel furor le agitó.

16. *Clavam colo, et exuvias leonis muliebri cultu, mutare*, cambiar su mazo por la rueca y los despojos del leon por el traje mujeril.

17. *Præsentissimum*, sutilísimo.

18. *Adscribunt*, atribuyen: de *adscribere*.

19. *Qua por aliqua*.

## CAPUT XVI.

1. *Propinquus tempore et consanguinitate*, próximo en tiempo y parentesco, contemporáneo y pariente.

2. *Modum*, la medida.

3. *Distrahebat miseros*, descuartizaba á los desgraciados.

4. *Sustulit*, quitó, destruyó: de *tollere*.

5. *Fæda populatione deformabat*, devastaba, assolaba con terrible estrago.

6. *Ambages*, rodeos.

7. *Duxit suple uxorem*.

8. *Se dedit præcipitem*, se precipitó.

9. *Ut eliceret*, para atraerle.

10. *Temulenti*, embriagados.

11. *Proterviam ac libidinem*, la insolencia y desórden.

12. *Ut par erat*, como convenia.

13. *Datus in custodiam.... concessus est*, encarcelado.... se libró.

14. *Hæsit*, permaneció: de *hærere*.

15. *Temerare*, violar.

16. *Filio*, contra su hijo.

17. *Excusserunt*, sacaron: de *excutere*.

18. *Virbium*, hombre segunda vez: de *vir*, *bis*.

## CAPUT XVII.

1. *Patrem sortiti sunt*, tuvieron por padres.
2. *Impertiri*, participar, dar en participacion.
3. Los doce signos del *Zodiaco* se han reunido en los siguientes versos:  
Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo,  
Libraque, Scorpius, Arcitenens, Capere, Amphora, Pisces.
4. *Nisi (præ)* puede sustituirse por *sine*.
5. *Impensius culti sunt*, fueron principalmente honrados.
6. La fórmula del juramento era *Ædipol* para los hombres y *Æcastor* para las mujeres.

#### CAPUT XVIII.

1. *Palladium*, salvaguardia.
2. *Novercam*, (su) madastra.
3. *In luco Marti sacro*, en un bosque consagrado á Marte.
4. *Patruo*, (su) tio paterno.
5. *Trabibus*, con maderos.
6. *Oculis acutissimis valens*, que tenia los ojos muy perspicaces.
7. *Brevia et scopulos detegebat*, descubrian los bancos y escollos.
8. *In cadis*, en vasijas.
9. *Vectores*, los pasajeros.
10. *Petras Cyaneas prætervecta*, llevada á través de las rocas cianeas.
11. *Qua pater instabat*, por donde su padre la acosaba.
12. *Domum* por *in domum*.
13. *Se spretam furens*, furiosa (de ver)se despreciada.
14. *Quæ suple gemmæ*.
15. Ἄλωσιν, la toma; aproximadamente equivale á *excidium* ó *ruinam*.

#### CAPUT XIX.

1. *Negotium dedit*, dió la comision, encargó.
2. *Jussus est*, recibió órden: de *jubere*.

3. *Discerpsit*, despedazó: de *discerpere*.
4. *Concessit*, se retiró: de *concedere*.
5. *Diis por a diis*.
6. *Parcitum por parcere*.
7. *Centum portis patens*, abierta por cien puertas.
8. *Andromaches*, genitivo de forma griega.

#### CAPUT XX.

1. *Aversata facinus*, teniendo horror á (tal) accion.
2. *Fune seu vimine in calces indito*, pasada una cuerda ó mimbre por los talones.
3. *Magister armentorum*, el mayoral de los bueyes.
4. *Futurum suple esse ut reperiret*, que encontraria.
5. *In seditione sedanda*, en sosegar una sedicion.
6. *Nisi objectum nodum solverent*, si no desataban el nudo propnesto: si no resolvian la cuestion.
7. *Ad quam (urbem) nemo poterat aspirare*, á la cual nadie se atrevia á ir á vivir.
8. *Edixit*, hizo publicar: de *edicere*.
9. *Nititur*, se apoya: de *niti*.
10. *Immissam suple esse*.
11. *Dessituram (esse)*, habia de cesar, de terminar: de *desinere*.
12. *His suple rebus*.

#### CAPUT XXI.

1. *Satius (esse) duxerunt*, juzgaron (ser) mejor.
2. *Contra (legem) quam convenerat*.
3. *Excivit*, excitó: de *excire*.
4. *Cruore suo, voluntaria victima litare*, con su sangre, ofrecerse víctima voluntaria.
5. *Alter alterius manu ceciderunt*, se mataron uno á otro.

6. *Internecivum* ó *internecinum*, mortal.
7. *Inhumatum projecit*, arrojó insepulto.
8. *Elisis faucibus*, estrangulándose.
9. *Tantum luctum hausit*, tomó tal tristeza.
10. *Consciverit*: procuró; de *consciscere*.
11. *Donatus fuerit*, fué recompensado: de *donare*.

## CAPUT XXII.

1. *Concidit*, cayó, pereció: de *concidere*.
2. *In frustra concisum et elixum*, cortado á pedazos y cocido.
3. *Ferales epulas*, los banquetes fúnebres.
4. *Detruserunt*, precipitaron: de *detrudere*.
5. *Confixam*, traspasada: de *configere*.
6. *Diriguit*, se erizó, se convirtió: de *dirigere*.
7. *A genero*, por (su) yerno.
8. *Procis*, á los pretendientes.
9. *Egit*, trató: de *agere*.
10. *Rotarum modiolis*, en los cubos de las ruedas.
11. *Excussus*, sacudido: de *excutere*.
12. *Nothus*, bastardo, natural.
13. *Jussus*, condenado.
14. *Quam sibi male devinxerat*, á la que criminalmente se habia unido.

## CAPUT XXIII.

1. *Quicum* por *cum quo*.
2. *Potiebatur (de summa) rerum*, reinaba.
3. *Generum adscivit*, admitió (por) yerno.
4. *Natam* por *conditam*.
5. *Assaracus suple fuit alter filius Trois* ó *ex filiis Tros*.
6. *Priamus, Priamo*: del griego πρίαμαι (*priamai*) compro.

7. *Uxor suple fuit.*
8. *Fax*, hacha, tea.
9. *Talem suple facem ó rem.*
10. *Dignus est visus suple esse is.*
11. *Intererant (hæ tres divæ) epulo geniali*, se encontraban (estas tres diosas) en un alegre banquete.
12. *Interim*, por el mismo tiempo.
13. *Pugilem*, atleta.

#### CAPUT XXIV.

1. *Amitam*, tia paterna.
2. *Priamo non invito*, con anuencia de Príamo.
3. *Pollens*, poderoso: de *pollere*.
4. *Imminebat in omnem occasionem*, buscaba una ocasion.
5. *Recta (via) contendit*, marchó directamente.
6. *Humanitate*, humanidad, benignidad.
7. *Ita Paridi conciliavit*, de tal manera dispuso á favor de Páris.
8. *Reditum iri*, seria devuelta.
9. *Contra ac speraverat accidit*, acaeció contra lo que habia esperado.
10. *Negarunt*, negaron, rehusaron: de *negare*.
11. *Solo æquaverunt*: igualaron al suelo, arrasaron.
12. *Aulidem conveneret*, se reunió en Aulida.
13. *Solvit (anchoram)*, levó ancla.
14. *Diuturnam moram attulit*, ocasionó un largo retraso.
15. *Suple attulerunt moram huic bello.*
16. *Hic (Agamemnon).*
17. *Immissa peste ó pestilentia*, habiendo enviado una peste.
18. *Quam ut averteret*, para hacer cesar la cual.
19. *Bellum repetiit*, volvió á tomar las armas.



## CAPUT XXV.

1. *Quo uno maxime Græci stabant*, en el cual principalmente confiaban los griegos.
2. *Comperit suple Paris eum, id est Achillem, captum suple esse.*
3. *Adducit suple eum.*
4. *Colloquii uberioris*, de una conferencia mas larga.
5. *Ulciscendos (esse)*, debian ser castigados.
6. *Donum (causa) placandæ*, don, ofrenda para aplacar.
7. *Subierunt*, penetraron: de *subire*.
8. *Ambierat*, habia deseado: de *ambire*.
9. *Fulmine conflagravit*, fué abrasado por un rayo.
10. *Allissa*, estrellada.
11. *Magna parte ó (in) magnam partem.*
12. *E Cautibus extulit*, elevó sobre las rocas.
13. *Portum (esse) rata.*
14. *Jus diceret*, era juez.

## CAPUT XXVI.

1. *Ejus adulteri*, su amante.
2. *Quam quum obversari sibi semper crederet*, como creia tenerla siempre ante sus ojos.
3. *Quum.... tum, ya.... ya.*
4. *Salvis patriæ legibus*, sin violar las leyes patrias.
5. *Ducta sorte*, echadas suertes.
6. *Addixit*, destinó, condenó: de *addicere*.
7. *Quum (Diana) cervam in illius (Iphigeniæ) locum supposuit.*
8. *Expiatus*, purificado: de *expiare*.
9. *Ædituus*, el guardian.
10. *Obtinebat*, obtenia, conservaba: de *obtinere*.

## CAPUT XXVII.

1. *Rescivisset*, hubiese sabido: de *rescire*.
2. *Ulyssi obvenerat* suple *Hecuba*, Hecuba habia tocado en suerte á Ulises.
3. *Involans*, precipitándose: de *involare*.
4. *Appetita*, perseguida: de *appetere*.
5. *Tam suaves illecebras*, atractivos tan dulces, un fruto tan agradable.
6. *Vino gravem invasit*, sorprendió pesado por el vino, embriagado.
7. *Male curiosi*, curiosos imprudentemente.
8. *Excitatae (sunt a) ventis solutis*.
9. *Nova pericula* suple *exorta sunt*.
10. *Vesci*, comer.
11. *Venefica*, envenenadora, hechicera.
12. *Vate*, adivino.
13. *Ad malum*, al mástil.
14. *Sacris armentis temperarent*, respetasen los ganados sagrados.
15. *Fractæ ratis*, de la rota nave.
16. *Auctor* suple *fuit*.
17. *Excæcatum* suple *fuisse*.
18. *Rustici cultu*, en traje de campesino.
19. *Procis (uxoris) deletis*, destruidos los amantes (de su mujer).
20. *Ne tristi vaticinio fidem faceret*, para eludir esta funesta prediccion.
21. *Nonnihil tumultus*, algun tumulto.

## CAPUT XXVIII.

1. *Duxerat* suple *uxorem*.
2. *Elapsus*, escapado: de *elabi*.
3. *Infensæ*, enemiga.
4. *Retardatus*, detenido: de *retardare*.

## CAPUT XXIX.

1. *Aut (ad) instruendos mores*, ó para formar las costumbres.
2. *(Sub) simulacris*, bajo emblemas.
3. *Dispiciendum est*, se ha de examinar.
4. *Conversione*, por la revolucion ó movimiento.
5. *Idemque suple tempus*.
6. *A ferino victu*, de un feroz alimento, de una vida salvaje.
7. *Excoluit*, civilizó: de *excolere*.
8. *Ferre suple narratur*.
9. *Excogitavit*, imaginó: de *excogitare*.
10. *Dederunt suple poetæ*.
11. *Sublimia captantem*, elevándose á las mas altas regiones aéreas.
12. *Libidinosa*, libertina, disoluta.
13. *Impuræ libidinis*, de la pasion impura, de la impureza.
14. *Suple quis non videt?*
15. *Suple quis non intelligit?*
16. *Conjiciet*, conjeturará: de *conjicere*.
17. *Arcana*, los arcanos, los misterios.
18. *Hauserunt (illa arcana)*, bebieron, tomaron: de *haurire*.
19. *In egregio specimini*, en el notable proyecto.
20. *Lucubratione*, obra.
21. *Monachii*, en Munich.

### CAPUT XXX.

1. *Erit suple officium*.
2. *Ad vicia traductus*, tributado á los vicios.
3. *Quamvis autem*, y aun cuando.
4. *Legeretur*, se recogiese: de *legere*.
5. *Quibus sordet*, con los cuales está manchada.
6. *Nimirum*, ciertamente.

- [7.](#) *Documento est*, sirve de prueba.
- [8.](#) *Recens por e*.
- [9.](#) *Excutit, exagitatque*, maneja.
- [10.](#) *Vulgavit*, publicó: de *vulgare*.
- [11.](#) *Observare suple facile ó dignum*.
- [12.](#) *Lepidissimi vatis*, del graciosísimo poeta.
- [13.](#) *Ut non usquequaque*, pero no en todo.
- [14.](#) *Priscas recentibus*, antiguas con modernas.

---

## BIBLIOTECA LATINA

### OBRAS PUBLICADAS

**C. J. Siret** EPITOME HISTORIÆ GRÆCÆ

**P. J. Juvencio** EPITOME DE DIIS ET HEROIBUS

**VALENCIA**  
IMPRESA DE JOSÉ RIUS  
M.DCCC.LXXVII

---

## Transcriber's Note

All accents indicating stress have been removed from the Latin text.

[The end of *Epitome de Diis et Heroibus seu Appendix ad Ovidium* by Joseph de Jouvancy]